nium nostrum interióra mundéntur  
peccáta : quod ipse prestáre dignéris.  
Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis.

*Si vero nullus assit clericus sermonem faciens ceteris ut [prius]<sup>488</sup> peractis post  
ablutionem pedum dicantur preces predictæ. Deinde legatur evangelium secundum  
Johannem [scilicet]<sup>489</sup> Amen amen dico vobis. sub tono lectionis a quodam dyacono in  
superpelliciis, fratribus interim caritatis potum<sup>490</sup> sumentibus et legatur [usque ad illum  
locum]<sup>491</sup> Súrgite eámus hinc.*

[*Evangelium*]<sup>492</sup> secundum Johannem. [xij. 16. et xiv. capitulis.]<sup>493</sup>

**A**men amen dico vobis : non est  
servus major dómíno suo :  
neque apóstolus major eo qui misit  
illum. Si hec scitis : beáti éritis si

fecéritis ea. Non de ómnibus vobis  
dico. Ego scio quos elégerim.<sup>494</sup> Sed  
ut adimpleátur scriptúra, Qui  
mandúcat mecum<sup>495</sup> panem : levábit [63r.]

contra me calcáneum suum. Amen amen dico<sup>496</sup> vobis : priúsqum fiat ut cum factum fúerit : credátis quia ego sum.<sup>497</sup> Amen amen dico vobis : quia qui áccipit si quem mísero, me áccipit. Qui autem me áccipit : áccipit eum qui me misit. [Et]<sup>498</sup> cum hec dixisset Jesus turbátus est spírítu : et protestátus est et dixit, Amen amen dico vobis : quia unus ex vobis me tradet. Aspiciébant ergo discípuli ad ínvicem<sup>499</sup> : hesitántes de quo díceret. Erat autem<sup>500</sup> recúm-bens unus ex discíplis ejus in sinu Jesu : quem diligébat Jesus. Innuít ergo discípulo<sup>501</sup> huic Symon Petrus : et dixit ei, Quis est de quo dixit ? Itaque cum recubúisset ille supra pectus Jesu : dixit ei, Dómine, quis est ? Respóndit Jesus, Ille est : cui ego intínctum panem porréxero : et cum intinxisset panem, dedit Jude Symónis Scarióthis. Et post bucéllam : introívit in illum Sáthanas. Et dixit ei Jesus, Quod facis : fac cítius. Hoc autem nemo scívit discumbéntium : ad quid díxerit ei. Quidam autem putábant quia lóculos habébat Judas : quod dixisset ei Jesus, Eme ea que opus sunt nobis<sup>502</sup> ad diem festum : aut egénis ut áliquíd daret. Cum ergo accepisset ille bucéllam : exívit contínuo. Erat autem nox. Cum ergo exísset dixit Jesus, Nunc clari-

ficátus est Fílius Hóminis : et Deus clarificávit<sup>503</sup> est in eo. Si Deus clarificátus est in eo : et Deus clarificávit eum in semetípso : et contínuo clarificábit eum. Filióli : adhuc módicum vobíscum sum. Quéretis me : et sicut dixi Judéis quo ego vado : vos non potéstis veníre. Et vobis dico modo. Mandátum novum do vobis : ut diligátis ínvicem, sicut ego<sup>504</sup> diléxi vos [ut et vos diligátis ínvicem].<sup>505</sup> In hoc agnóscunt<sup>506</sup> omnes quia discípuli mei estis : si dilectiónem habuérítis ad ínvicem. Dixit ei Symon Petrus, Dómine : quo vadis ? Respóndit Jesus, Quo ego vado non potes me modo sequi : sequéris autem póstea. Dixit ei Petrus, Quare non possum te sequi modo ? Animam meam pro te ponam. Respóndit [ei]<sup>507</sup> Jesus, Animam tuam pro me pones ? Amen amen dico tibi : non cantábit gallus, donec ter negábis me. Et ait discíplis suis,<sup>508</sup> Non turbétur cor vestrum neque fórmidet. Créditis in Deum : et in me crédite. In domo Patris mei mansiónes multe sunt. Si quo minus<sup>509</sup> dixíssem vobis : quia vado paráre vobis locum. Et si abíero et preparávero vobis locum : íterum véniam et accípiam vos ad meípsum : ut ubi ego sum, et vos sitis. Et quo ego vado scítis : et viam scítis. Dixit ei Thomas, Dómine : néscimus quo

vadis. Et quómodo póssumus viam scire ? Dixit ei Jesus, Ego sum via, véritas, et vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognovissétis me : et Patrem meum útique cognovissétis. Et ámodo cognoscétis eum : et vidístis eum. Dixit ei Philíppus, Dómine : osténde nobis Patrem : et súfficit nobis. Dixit ei Jesus, Tanto témpore vobícum sum : et non cognovístis me ? Philíppe qui videt me : videt et Patrem [meum].<sup>510</sup> Et quómodo tu dicis, Osténde nobis Patrem ? Non credis quia ego in Patre : et Pater in me est ? Verba que ego loquor vobis : a meípso non loquor. Pater autem in me manens ipse facit ópera. Non créditis quia ego in Patre : et Pater in me est ? Alióquin propter ópera ipsa crédite. Amen amen dico vobis : qui credit in me ópera que ego fácio : et ipse fáciat. Et majóra horum fáciat : quia ego ad Patrem vado. Et quocúmque petiérítis Patrem in nómine meo hoc fáciam : ut glorificétur Pater in Fílio. Si quid petiérítis Patrem in nómine meo hoc faciam. Si dilígitis me : mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem, et álium Paráclytum dabit vobis : ut máneat vobíscum in etérnum. Spíritum veritátis quem mundus non potest cápere : quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem

cognoscétis eum : quia apud vos manébit, et in vobis erit. Non relínquam vos órphanos : véniam ad vos. Adhuc módicum : et mundus me jam non vidébit.<sup>511</sup> Vos autem vidébitis me quia ego vivo : et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis quia ego sum in Patre meo : et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandáta mea et servat ea : ille est qui diligit me. Qui autem diligit me : diligétur a Patre meo. Et ego diligam illum<sup>512</sup> : et manifestábo ei meípsum. Dixit<sup>513</sup> ei Judas non ille Scarióthis, Dómine : quid factum est quia manifestatúrus es nobis teípsum : et non mundo ? Respondit Jesus : et dixit ei, Si quis diligit me : sermónem meum servábit. Et Pater meus diliget eum : et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus. Qui non diligit me : sermónes meos non servat. Et sermónem quem audístis, non est meus : sed ejus qui misit me Patris. Hec locútus sum vobis : apud vos manens. Paráclytus autem Spíritus Sanctus quem mittet Pater in nómine meo : ille vos docébit ómnia, et súggeret vobis ómnia quecúmque díxero vobis. Pacem relínquo vobis : pacem meam do vobis. Non quómodo mundus dat ego do vobis. Non turbétur cor vestrum neque fórmidet. Audístis quia [ego]<sup>514</sup> dixi

[64r.]

vobis, Vado et vénio ad vos. Si diligerétis me gauderétis útique : quia vado ad Patrem : quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsqvam fiat : ut cum factum fúerit credátis. Jam non multa loquar vobíscum. Venit

enim princeps mundi hujus : et in me non habet quicquam. Sed ut cognóscat mundus quia díligo Patrem : et sicut mandátum dedit michi Pater, sic fácio. Súrgite, eámus hinc.

*Et ita recedant euntes in ecclesiam : et ibidem dicant completorium privatim.*

[64v.]

## ¶ *Feria sexta in die parasceves.*

*Dicta hora nona accedat sacerdos ad altare indutus vestibus sacerdotalibus, et casula rubea cum dyacono et subdyacono, et ceteris ministris altaris : qui omnes sint albis cum amictibus tantum sine paruris [induti]<sup>515</sup> &c.<sup>516</sup>*


*Finitis orationibus, exuat sacerdos casulam post passionem [et illam super altare dimittat]<sup>517</sup> : et in sede sua juxta altare se ponat<sup>518</sup> cum dyacono et subdyacono : et interim alii duo presbyteri de superiori gradu nudis pedibus albis indutis absque paruris tenentes crucem coopertam super eorum brachia sollemniter inter eos retro magnum altare ex dextera parte retro dextrum cornu stantes cantent hunc versum.*

Grad-1508:100r; Rylands-24:192; GS:101; 1519:64v.<sup>519</sup>

8451.


Opu-le me-us \* quid fe- ci ti-bi aut in quo  
 contristá-vi te respón-de michi qui- a e-dúx- i te  
 de terra E-gýpti pa-rás- ti cru-cem Salva-tó-ri





tu o.

¶ [Finito versu,] duo dyaconi de secunda forma [indutis] in cappis nigris stantes ad gradum [chori]<sup>520</sup> conversi ad altare simul dicant sic.<sup>521</sup>




8450.




- gy- os o The- os. Agy- os o The- os.

[65r.]




Agy- os Athá- nathos e- léy- son y- mas.

Chorus respondeat cum genuflexione osculando tribus vicibus in una responsione et resurgat cum canitur Deus. Iterum genuflectat cum dicitur Sanctus. et resurgat cum dicatur Fortis. Tertio chorus genuflectat cum dicatur Sanctus. et resurgat cum Et immortalis miserere [nobis].<sup>522</sup>




Anctus De- us. Sanctus fortis. Sanctus








et immortá- lis mi- se- ré- re no- bis.




Hoc est ad quemlibet Sanctus. genuflectere debet chorus. Sacerdotes vero tenentes crucem retro magnum altare et dyaconi ad gradum chori cantantes Agyos. semper sint stantes.<sup>523</sup>

Item sacerdotes loco non mutato simul cantent hanc antiphonam sequentem.<sup>524</sup>

Vers. 

8452.     

Ui- a e-dúx- i te per de-sér- tum qua-dra-gínta

an-nis et manna ci-ba-vi te : et introdúx- i in terram

[65v.] sa- tis bo-nam pa-rás- ti cru-cem Salva-tó-ri tu- o.

*Dyaconi. Agyos. Chorus. Sanctus Deus.*

*Sacerdotes loco non mutato dicat.*

Vers. 

U- id ultra dé-bu- i fá-ce-re ti-bi et non fe- ci ?

e- go qui-dem plan-tá- vi te ví-ne-a me-a fructu de-

có- ra et tu fac- ta es michi ni- mis a- má- ra : a- cé- to

namque mixto cum fel- le si- tim me- am po- tás- ti : et



lánce- a perfo-rásti la- tus Salva-tó-ris tu- i.

*Dyaconi Agyos. Chorus Sanctus Deus. &c.*

*Deinde sacerdotes stantes juxta altare ex dextra parte discooperientes crucem simul cantent hanc sequentem antiphonam hoc modo.*


Grad-1508:100v; Rylands-24:193; GS:102; 1519:65v.<sup>525</sup>

Ant.  
VI.



C-ce lig- num cru- cis in quo sa- lus mun- di

2522.



pe-pén- dit ve- ní-te a- do-ré- mus.

[66r.]

*Chorus cum genuflectione osculando terram vel formulas [cantent antiphonam].<sup>526</sup>*

Grad-1508-100v; Rylands-24:193; GS:102; 1519:66r.<sup>527</sup>


Ant.  
IV.ix.



Ru-cem tú- am a- do- rá- mus Dómi- ne et sanctam

1953.


078-16.



re-surrecti- ónem tu- am laudá- mus et glo- ri- fi- cá- mus



ecce e- nim propter cru- cem ve- nit gáudi- um in u- ni-



vérso mundo. *Ps.* De-us mi-se-re-á-tur nostri, et be-ne-  
 dí-cat no-bis : il-lúmi-net vultum su-um su-per nos  
 et mi-se-re-á-tur nostri. (*lxvj.*)

*Et repetatur antiphona post unumquemque versum istius psalmi.*

Ut cognoscámus in terra viam tuam :  
 in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus :  
 confiteántur tibi pópuli omnes.

Leténtur et exúltent gentes  
 quóniam júdicas pópulos in equitáte :  
 et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus :  
 confiteántur tibi pópuli omnes terra  
 dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus Deus noster [66v.]  
 benedícat nos Deus : et métuant eum  
 omnes fines terre.


[*Totus psalmus dicatur*]<sup>528</sup> *sine Glória Patri. a toto choro cum genuflexione continue et interim deportetur crux sollemniter super gradum [tertium]*<sup>529</sup> *altaris juxta quam sedeant predicti [duo]*<sup>530</sup> *sacerdotes, unus a dextris et alius a sinistris. Deinde procedant clerici ad crucem adorandam nudis*<sup>531</sup> *pedibus incipientes a majoribus. Finito psalmo cum antiphona cantetur hymnus a predictis [duobus]*<sup>532</sup> *sacerdotibus interim sedentibus juxta crucem hoc modo hymnus sequens.*

Rylands-24:193; GS:102; Grad-1508:101r; 1519:66v.<sup>533</sup>


8397g.

Hymn.


I.

Rux fi-dé-lis inter omnes, Arbor u-na nó-bi- lis :




Nul-la silva ta-lem pro-fert, Fronde flo-re gérmi-ne :



Dulce lignum dulces cla-vos, Dulce pon-dus sústi-net.

*Chorus idem repetat post unumquemque versum, interim sedendo cantent versum hoc modo.*<sup>534</sup>


Hymn.  
I.



I.




Ange lingua glo-ri-ó-si, Pré-li-um cer-támi-nis : 8367.




Et su-per cru-cis trophé-um, Dic tri-úm-phum nó-bi-lem : [67r.]




Quá-li-ter Re-dém-ptor orbis, Immo-lá-tus ví-ce-rit.




2.  $\text{V}$ . De pa-réntis prothopláusti, Fraude facta cóndo-lens :




Quando pomi nox-i-á-lis, Morte mor-su córru-it :



Ipse lignum tunc no-tá-vit, Damna ligni ut sólve-ret.




3. ✠ Hoc opus nostre sa-lú-tis, Ordo depo-pósce-rat :



Mul-ti formis pro-di-tó-ris, Ars ut ar-tem fál-le-ret :




Et me-dé-lam ferret inde, Hostis un-de lé-se-rat.



[67v.] 4. ✠ Quando ve-nit ergo sa-cri, Ple-ni-túdo témpo-ris :




Missus est ab arce Pa-tris, Na-tus or-bis Cóndi-tor :




Atque ventre virgi-ná-li, Ca-ro fac-tus pró-di-it.




5. ✂. Lustra sex qui jam pe-rác-ta, Tempus implens córpo-




ris : Se vo- lénte na-tus ad hoc, Passi- ó- ni dé-di- tus :



Agnus in cru-ce le-vá-tur, Immo-lán-dus stírpi-te.



6. ✂. Hic a-cé-tum fel a-rúndo, Spu- ta cla-vis lánce- a :



Mi-te corpus perfo-rá-tur, Sanguis un-da próflu- it :



Terra pontus astra mundus, Quo la-ván-tur flúmi-ne.



7. ✂. Flecte ramos arbor al-ta Tensa lax-a vísce-ra :



Et ri- gor lentéxcat il-le Quem de-dit na-tí-vi- tas :



Ut su-pérni membra re-gis Mi-ti ten-das stírpi-te.



8. *∞*. So-la digna tu fu-ís-ti Ferre pré-ci-um sé-cu-li :



Atque portum pre-pa-rá-re Nauta mun-do náufra-go :




Quem sa- cer cru- or per-únxit Fu-sus Ag-ni córpo-re.




[68r.]

9. *∞*. Gló-ri-a et honor De-o, Usquequo al-tíssi-mo :



Una Pa-tri Fi-li-óque, Inclí-to Pa-rácly-to :



Cu-i laus est et po-téstas, Per e-tér-na sé-cu-la.

*His finitis deportetur crux per medium chori solenniter a duobus predictis sacerdotibus precedente ceroferario et reponatur ante aliquod altare ubi a populo adoretur, et interim cantetur hec sequens antiphona cum suo versu a tota choro interim sedente<sup>535</sup> cantore incipiente [hanc]<sup>536</sup> antiphonam [sequentem].<sup>537</sup>*



Ant.  
II.



Um fabri-cá-tor \* mun- di mortis supplí- ci-

um pa-te-ré-tur in cru-ce, cla- mans vo- ce

mag- na trá- di- dit spí- ri- tum : et ecce ve- lum templi

scis- sum est monuménta a- pértá sunt terremó- tus


e- nim factus fú- e- rat magnus : qui- a mor- tem

Fí- li- i De- i clamá- bat mundus se susti- né- re

non posse. † Apér- to er- go mí- li- tis lánce- a lá- te- re

2453.

[68v.]



cru-ci-fix-i Dómi-ni: ex-í-vit san-guis et a-qua  
in re-dempti-ó-nem sa-lú-tis nos-  
tre. *V.* O admi-rá-bi-le pré-ci-um  
cu-jus pón-de-re captí-vi-tas re-démpta est mundi  
Tar-tá-re- a confrác-ta sunt claustra inférni a-pér-  
ta est no-bis já-nu-a reg-ni.  
†Apér-to.

[69r.]


*Revertendo ceroferariis ad vesibulum precedant sacerdotes in superpelliceis discalceatis sine almico<sup>539</sup> deferentes Corpus Christi in pixide ad altare authenticum dum predicta antiphona cantatur. Adorata cruce et finita predicta antiphona cum suo *V.* predicti duo sacerdotes ea reverentia qua crucem asportaverunt usque ad summum altare iterum*

reportent : tunc conveniant omnes clerici de choro ad altare et reinduat ibidem sacerdos casulam qua prius exuerat et accedat ad gradum altaris cum dyacono et subdyacono et dicant Confiteor. Misereatur. et Absolutionem. cum precibus et oratione Aufer a nobis. more solito. Missale:1142.

Finitis vesperis exuat sacerdos casulum et sumens secum unum de prelati in superpelliceis discalciati reponant crucem cum corpore dominico in sepulcrum incipiens ipse solus hoc *R.* Estimatus sum. genuflectendo cum socio suo : quo incepto statim surgat : similiter fiat in responsorio Sepulto Domino. Chorus totum *R.* prosequatur cum suo *V.* genuflectendo per totum tempus usque ad finem servitii. Responsoria ut sic.

1519:69r; AS:233; Ant-1519:212v; Brev-1531:124v.<sup>540</sup>


Resp.  
IV.



**E** - stimá-tus sum


6057.

Chorus prosequatur.



cum des-cendén-ti-bus in la- cum. †Fac-tus sum si- cut  
ho- mo si-ne ad-ju-tó- ri- o inter mór-  
tu-os li- ber. *V.* Po-su-é-runt me in la-cu in-  
fe-ri- ó- ri : in te-nebró-sis et in umbra mor- tis.

6057b.



†Fac-tus sum.


*Dum predictum R̄. canitur cum suo V̄. predicti duo sacerdotes thurificent sepulchrum quo facto et clauso hostio incipiat idem sacerdos sequens.*

1519:69v; AS:229; Ant-1519:210r; Brev-1531:123v.

7640. Resp. II.

E-púl- to Dó-mi-no

*Chorus prosequatur.*




signá-tum est monumén- tum volvén-tes lá-pi- dem




ad ósti- um monumén- ti. †Ponén-tes mí-li- tes

7640a.

qui custo-dí- rent il- lud. V̄. Ne for- te vé-ni- ant



discí-pu-li e-jus et fu-réntur e- um : et di-cant



ple-bi surréc-it a mór- tu- is. †Ponén-tes.

[*Item predicti duo*] sacerdotes dicat [istas]<sup>541</sup> iij. antiphonas sequentes [genuflectendo continue.]

1519:69v.<sup>542</sup>


Ant.



N pa-ce.

3265.

*Chorus prosequatur.*



in id-ípsum dómi- am et requi- éscam.

[70r.]

[*Iterum*]<sup>543</sup> *sacerdotes.*

1519:70r.


Ant.



N pa-ce factus est

3264.

*Chorus prosequatur.*



lo-cus e- jus et in Sy- on ha-bi-tá- ti- o e-jus.

*Item sacerdotes dicat sic.*

1519:70r.


Ant.



A-ro me- a.

1175.

*Chorus prosequatur.*



requi- éscit in spe.

*Ad istas iij. antiphonas genuflectent continue predicti ij. sacerdotes.*

*His finitis ordine servato reinduat sacerdos casulam : et eodem modo quo accesserit in principio servitii cum dyacono et subdyacono et ceteris ministris abscedat, dictis prius orationibus ad placitum. Secrete ab omnibus cum genuflexione omnibus aliis ad libitum recedentibus.*

*Exinde continuo ardebit unus cereus ad minus ante sepulchrum usque ad processionem que fit in resurrectione Domini in die pasche, ita tamen quod dum psalmus Benedictus. cantetur &c. que sequuntur in sequenti nocte extinguatur : similiter et extinguatur in vigilia pasche dum benedicatur novus ignis usque accendatur cereus paschalis [triginta et sex pedes continens in longitudine].<sup>544</sup>*

## ¶ Sabbato in vigilia pasche.

*Congregatis clericis in choro : dictaque hora ix. executor officii indutus vestibus sacerdotalibus cum cappa serica rubea : dyaconus dalmatica et subdyaconus tunica induantur cum ceteris ministris altaris albis cum amictibus indutis sine lumine [in]<sup>545</sup> cereis et sine cruce et sine igne in thuribulo et quidam de prima forma scilicet acolitus in superpellicio cereum extinctum de tribus candelis tortis in unum in yma parte conjuncti et insuper abinvicem divisus super quandam hastam deferens et processio precedat<sup>546</sup> post portitorem aque benedictae per medium chori ad fontes et ad novum ignem benedicendum processionaliter eant : choro sequente habitu non mutato excellentioribus precedentibus et [70v.] ad columnam ex parte australi juxta fontem ubi sacerdos executor officii illius diei : ignem benedicat qui accendatur ibidem videlicet inter ij. columnas. In eundo vero dicatur a toto choro alternatim sine nota iste psalmus sequens.*

[Psalmus xxvj.]<sup>547</sup>

**D**ominus illuminatio mea : et  
salus mea quem timébo.

Dóminus protéctor vite mee : a quo  
trepidábo.

Dum apprópian super me nocéntes :  
ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei : ipsi  
infirmáti sunt et cecidérunt.

Si consistant advérsus me castra :  
non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsus me prélium :  
in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino hanc re-  
quíram : ut inhábitem in domo  
Dómini ómnibus diébus vite mee.

Ut vidéam voluntátem Dómini : et  
vísitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in taber-  
náculo suo in die malórum : protéxit  
me in abscondito tabernáculo sui.

In petra exaltávit me : et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuivi et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis : cantábo et psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam qua clamávi ad te : miserére mei et exáudi me.

Tibi dixit cor meum exquisívit te fácies mea : fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me : ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto Dómine<sup>548</sup> ne derelínquas me : neque despicias me Deus<sup>549</sup> salutáris meus.

Quóniam pater meus et mater mea dereliquérunt me : Dóminus autem assúpsit me.

Legem pone michi Dómine in via tua : et dirige me in sémita recta propter inimícos meos.

Ne tradidéris me in ánimas tribulántium me : quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta ust iníquitas sibi.


Credo vidére bona Dómini : in terra vivéntium.

Expécta Dóminum viríliter age et confortétur cor tuum : et sústine Dóminum.

*Et sine Glória Patri. neque Sicut erat. &c.*

¶ *Hoc modo fiat statio ad ignem benedicendum : sacerdos juxta ignem stet ad orientem conversus : et ad sinistrum ejus stet dyaconus, subdyaconus vero ad sinistrum dyaconi, unus ceroferarius stet sacerdoti oppositus, ad dextram cujus stet puer ferens librum proxímior sacerdoti, alius autem ceroferarius stet retro sacerdotem, ad dextrum cujus stet portitor aque proxímior sacerdote et ultimo loco ultra omnes a parte occidentali : stet portitor haste cum cereo ex alia parte ignis videlicet ex parte australi stet thuribularius ad accipiendum ignem in thuribulo post benedictionem omnibus istis ministris ad sacerdotem conversis, choro interim circumstante videlicet ex parte boreali : ut patet [ubi protrahitur]<sup>550</sup> in statione sequente hoc modo.*


[71r.]



¶ Statio dum benedicitur ignis in vigilia pasche.


[71v.] ¶ Sequatur benedictio ignis [in vigilia pasche]<sup>551</sup> solenniter a sacerdote dicente.

1519:71v.



Dómi-nus vo-bíscum. *Chorus.* Et cum spí-ri-tu tu-o.





O-rémus.

*Oratio.*


**D**omine Deus noster Pater  
omnípotens : lumen indeficiens :  
Cónditor ómnium lúminum, exáudi  
nos fámulos tuos et béne~~x~~dic hunc  
ignem qui tua sanctificatióne atque<sup>552</sup>  
benedictiόne consecrátur, tu illúminas  
omnem hóminem veniéntem in hunc  
mundum : illúmina consciéntias cor-  
dis nostri igne tue claritátis, ut tuo  
igne igniti, tuo lúmine illumináti,  
expúlsis a córdibus nostris pecca-

tórum ténebris ad vitam te illustránte  
perveníre mereámur etérnam : et sicut  
illuminásti ignem Móysi fámulo tuo  
per colúmnam ignis ambulánti<sup>553</sup> in  
mari rubro : ita illústra nostrum  
lumen ut candéla que de eo fúerit  
accénsa : in hónore majestátis tue  
semper perséveret benedícta, ut  
quicúnque ex eo lúmine<sup>554</sup> portáverit  
sit illuminátus misericórdia grátie  
spiri-

1519:72v.<sup>555</sup>




tu- á-lis. Per Dómi-num. Per ómni- a sé-cu-la sé-cu-ló-rum.




*R̄.* Amen.

*Omnes orationes dicuntur cum Orémus. sub tono predicto. Hic aspergatur aqua benedicta super ignem. Deinde cantatur ut sequitur.*

1519:71v.



Dómi-nus vo-bíscum. *Chorus.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



O-rémus.

[Oratio.]<sup>556</sup>

**D**omine sancte Pater omnipotens  
etérne Deus benedícere et  
sanctificáre dignéris ignem istum<sup>557</sup>  
quem nos indigni per invocatióem  
unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu  
Christi benedícere presúmimus : tu

[72r.]

clementíssime Pater eum tua bene-  
dictiône sanctífica : et ad proféctum  
humáni géneris pervenire concéde.  
Per eúndem Christum Dóminum  
nostrum. [R.] Amen.

Orémus.

[Oratio.]<sup>558</sup>

**E**lésti lúmine quésumus Dómine  
semper hic et ubique nos  
prevéni ut mystérium cujus nos

partícipes esse voluísti : et puro cer-  
námus intúitu, et digno percipiámus  
efféctu. Per Dóminum nostrum.

**¶** *Sequatur benedictio thimiamatis sive incensi sub tono predicti.*

**E**xorcízo te immundíssime spí-  
ritus et omne phantásma inimíci  
in nómine Dei Patris omnipoténtis et  
in nómine Jesu Christi Fílii ejus et  
Spíritus Sancti : ut éxeas et recédas ab  
hac creatúra thimiamátis *sive* incénsi  
cum omni fallácia atque nequítia tua,  
ut sit hec creatúra sanctificáta<sup>559</sup> in  
nómine Dómini nostri Jesu Christi :  
ut omnes gustántes, tangéntes, sive  
odorántes eam virtútem et auxiliúm  
percípiant Spíritus Sancti : ita ut  
ubicúnque hoc incensum *vel* thimi-

áma fúerit : íbidem nullátenus appro-  
pinquáre áudeas nec advérsa inférre  
presúmas, sed quicúnque spíritus  
immúnde es : cum omni versútia tua  
procul inde fúgias atque discédas  
adjurátus per nomen et virtútem Dei  
Patris omnipoténtis et Fílii ejus  
Dómini nostri Jesu Christi qui  
ventúrus est [cum (*sic*) Spíritu  
Sancto]<sup>560</sup> judicáre vivos et mórtuos  
et te prevaricatórem et séculum per  
ignem.

Orémus.

[Oratio.]<sup>561</sup>

**C**TERNAM ac justissimam pietatem tuam deprecamur Domine sanctissime<sup>562</sup> Pater omnipotens eterne Deus ut benedixere digneris hanc thimiamatis vel incensi speciem ut sit incensum majestati tue in odorem suavitatis acceptum sit a te species hec benedicta, per invocationem sancti

nominis tui sanctificata : ita ut ubicumque fumus ejus pervenerit : extricetur et effugetur omne genus demoniorum sicut incensum jecoris piscis quam<sup>563</sup> Raphael archangelus Thobiam famulum tuum docuit, cum ascendit ad Sare liberationem. Per Christum Dominum nostrum.

Orémus.

[Oratio.]<sup>564</sup>

[72v.]

**D**ESCENDAT benedictio<sup>565</sup> [tua Domine]<sup>566</sup> super hanc speciem<sup>567</sup> incensi, vel<sup>568</sup> thimiamatis sicut in illo de quo David propheta tuus cecinit dicens, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo sit nobis odor consolationis suavitatis et gratie, ut fumo istius<sup>569</sup> effugetur omne fantasma inimici mentis et corporis : ut simus Pauli apostoli voce bonus odor Deo : effugiant<sup>570</sup> a facie incensi hujus sive<sup>571</sup> thimiamatis omnes<sup>572</sup> demonum incursus sicut pulvis a facie venti, et sicut fumus a facie ignis : [et]<sup>573</sup> presta hoc piissime Pater boni odoris incensum ad opus ecclesie tue ob causam religionis jugiter permanere : ut mystica nobis significatione spiritualium virtutum


fragrans ostendit<sup>574</sup> odor suavitatem. Tu<sup>575</sup> ergo quesumus omnipotens<sup>576</sup> Deus immense majestatis dextera hanc creaturam benedicere ex diversarum rerum commixtione confectam<sup>577</sup> dignare : ut in virtute sancti tui nominis, omnes immundorum spirituum fantasticos incursus effugare, omnesque morbos reddita sanitate expellere, ut ubicumque fumus aromatum ejus afflaverit mirabiliter possit atque in odore fragrantissimo tibi perpetua suavitate redolere. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. [Qui tecum vivit et regnat Deus. Per omnia secula seculorum. [R:] Amen.]


**¶** Post benedictionum incensi ponatur de ipsis carbonibus in thuribulo cum incenso et incensetur novus ignis : postea accendatur cereus super hastam solus de novo igne ceteris


*luminariis [ecclesie prius extinctis et deferatur in processione ad locum ubi cereus paschalis benedicendus est].<sup>578</sup> In redeundo duo<sup>579</sup> clerici de secunda forma, in superpelliceis post sacerdotem incedentes cantent hos versus sequentes hoc modo.*

Rylands-24:195; 1519:62v; GS:104; Grad-1508:103v.<sup>580</sup>


830165. Hymn. II.



 Nvéntor rú-ti-li dux bone lúmi-nis, Qui certis




[73r.] ví-ci-bus témpo-ra di-ví-dis : Merso so-le cha-os íngru-it




hórri-dum, Lumen red-de tu- is Christe fi-dé-li- bus.

*Chorus idem repetat post unumquemque versum [ita videlicet ut dum dicti clerici cantent versum stent gradibus fixis, et dum chorus prosequatur primum versum procedant. Quod similiter est observandum dum canitur Rex sanctorum angelorum. cum suis versibus].<sup>581</sup>*


i. *℣.* Quamvis in-núme-ro sý-de-re ré-gi- am, Lu-na-rí-que



po-lum lámpa-de pínxe-ris : Incúrsu sí-li-cis lú-mi-na nos




ta-men, Monstras sax- í-geno sémi-ne qué-re- re.




*Chorus repetat Invéntor [rútili].<sup>582</sup>*

*Clerici [dicant]*<sup>583</sup>



2. *℟.* Ne nésci- ret homo spem si-bi lúmi-nis, In Chris-ti só-




li-do córpo-re cóndi- tam : Qui di-ci stá-bi-lem se vó-lu-it



pe-tram, Nostris ig-ní-cu-lis unde ge-nus ve- nit.


*Chorus repetat* Invéntor [rútili].

*Clerici [dicant]*<sup>584</sup>




3. *℟.* Splendent er-go tu-is mu-né-ri-bus Chris-ti, Flammis

[73v.]




mo-bí-li-bus scí-li-cet á-tri- a : Absentémque di-em lux a-



git ému-la, Quam nox cum lá-ce-ro victa fu-git pe-plo.


*Chorus repetat* Invéntor rútili.

*Clerici [dicant]*<sup>585</sup> *versum.*



4. *℟.* Per quem splen-dor honor laus sa-pi- énti- a, Má-jestas


Sabbato in vigilia pasche.



bóni-tas et pí-e-tas tu- a : Regnum contí-nu-ant nú-mi-ne  
trípli-ci, Tex-ens per-pé-tu- is sé-cu-la sé-cu- lis.

*Deinde sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso dyacono indutus ad processionem accepta [prius]<sup>586</sup> benedictione ab executore officii ad borealem converso ad gradum presbyterii ceroferarii dyaconi assistentibus uno a dextris, reliquo a sinistris ad eum conversis cereis extinctis nisi cereus super hastam. Subdyaconus vero textum tenens stet ei oppositus juxta quem stet portitor haste ex una parte et ceroferarius ejusdem parvi cerei<sup>587</sup> ut patet [in ubi protrahitur]<sup>588</sup> in statione [sequente]<sup>589</sup> hoc modo.*

[74r.]



¶ Statio dum benedicitur cereus paschalis in vigilia pasche.

*Ad fontes benedicendas ex altera eodem modo conversus et post dyaconum dyaconus, dyacono canente.*

1519:74r; GS:105; 1508:104r; Rylands-24:196; Missal-1513:80v.<sup>590</sup>



850202.

(i.)




X-últet jam angé-li-ca turba ce-ló- rum ex-últent

Sabbato in vigilia pasche.




di-vi-na mysté-ri-a : et pro tan-ti re-gis victó-ri-a :




[74v.] (2.) tu-ba ín-tonet sa-lu-tá-ris. Gáu-de-at se tel-lus



tantis ir-ra-di-á-ta fulgó-ri-bus et e-térni re-gis splendó-




re il-lustrá-ta : tó-ti-us orbis se sén-ti-at a-mi-sís-se




(3.) ca-lí-gi-nem. Le-té-tur et ma-ter ecclé-si-a tan-ti



lúmi-nis a-dorná-ta fulgó-ri-bus : et magnis popu-ló-rum



(4.) vó-ci-bus hec au-la re-súl-tet. Qua próp-ter astánti-bus



vo-bis fratres cha-rís-simi : ad tam mi-ram sancti hu-jus






lúmi-nis cla-ri-tá- tem u-na me-cum que-so De-i omni- [75r.]



(5.) po-tén-tis mi-se-ri-córdi-am invo-cá- te. Ut quid



me non me-is mé-ri-tis intra Le-vi-tá-rum nú-me-rum



aggre-gá-re dig-ná-tus est lúmi-nis su-i grá-ti-a infun-




dén-te cé-re- i hu- jus, laudem implé-re per- fí-ci- at.



(6.) Per Dómi-num nostrum Je-sum Chris- tum Fí-li- um su- um




qui cum e- o vi- vit et regnat De- us in u-ni-tá- te Spí-ri-




tus Sancti.


(7.)  Er ómni- a sé- cu- la se- cu- ló- rum. *R.* Amen.




*V.* Dómi- nus vo- bís- cum. *R.* Et cum spí- ri- tu tu- o.




[75v.] *V.* Sur- sum cor- da. *R.* Ha- bé- mus ad Dómi- num.




*V.* Grá- ti- as a- gá- mus Dómi- no De- o nostro.



*R.* Dignum et justum est.


(8.)  E- re qui- a dignum et justum est invi- sí- bi- lem



De- um omni- po- téntem Patrem Fi- li- úmque e- jus



u- ni- gé- ni- tum Dómi- num nostrum Je- sum Christum



cum Sancto Spí- ri- tu to- to cordis ac mentis af- féc-

(9.) tu et vo-cis mi-nisté-ri-o perso-ná- re. Qui pro no-

bis e-térno pa-tri Ade dé-bi-tum solvit : et vé-te-ris pi-á-

(10.) cu-li cau-ti- ónem pi- o cru-ó- re de-tér- sit. Hec sunt

e-nim festa pas-chá-li- a in qui-bus ve-rus il- le agnus

[76r.]

oc- cí-di-tur : e- júsque sán-gui-ne pos-tes consecrán- tur.

(11.) Hec nox est in qua primum patres nostros fí-li- os

Isra-el e-dúctos de Egýpto ru-brum ma-re sic-co ves-

(12.) tí-gi- o transí- re fe-cís- ti. Hec í-gi-tur nox est

que pec-ca-tó-rum té-nebras co-lúmne il-lumi-na-ti- ó-

Sabbato in vigilia pasche.


(13.) ne purgá- vit. Hec nox est que hó-di- e per u-ni-  
[76v.] vérs-um mundum in Christo cre- dentes : a ví-ti- is sé-cu-li  
segre- gá-tos et ca-lí-gi-ne pecca-tó-rum red-dit grá-ti- e  
(14.) só-ci- at sancti-tá- ti. Hec nox est in  
qua destrúctis víncu-lis mortis Chris-tus ab ínfe-ris victor  
(15.) ascén- dit. Ni- chil e- nim no- bis nasci pró-fu- it ni- si  
(16.) ré- dimi pró-fu- ís- set. O mi- ra circa nos tu- e  
(17.) pi- e- tá- tis digná- ti- o. O in- es- timá- bi- lis  
di- lécti- o ca- ri- tá- tis ut ser- vum re- díme- res Fí- li-

(18.) um tra-di-dís- ti. O cer-te ne-cessá-ri- um Ade pec- [77r.]  
 cá-tum et nostrum quod Chris- ti morte de-lé- tum est.


(19.) O fe-lix culpa que ta-lem ac tan-tum mé-ru- it ha-  
 bé-re re-demptó- rem. O cer-te be-á-ta nox  
 que so-la mé-ru- it sci-re tempus et ho-ram in qua Chris-  
 tus ab ín-fe-ris re-surréx- it. Hec nox est  
 de qua scriptum est et nox ut di-es il-lumi-ná-bi-tur : et  
 nox il-lumi-ná-ti-o me-a in de-lí- ci- is me- is.

(22.) Hu- jus í-gi-tur sancti-fí-cá-ti-o noctis fu- gat scé- [77v.]


Sabbato in vigilia pasche.




le-ra culpas la-vat et reddit inno-cénti- am lapsis et



mestis le-tí-ci- am fu-gat ó-di- a : concór-di- am pa-rat :




(23.) et cur-vat impé- ri- a. In hu- jus í-gi- tur noctis grá-ti- a




sú- sci-pe sancte Pa-ter,


*Hic dyaconus ponat incensum in cereum in modum crucis [cantando hoc quod sequitur hoc modo].<sup>591</sup>*




(24.) incénsi hu- jus sacri- fí- ci- um vespertí- num. Quod



ti- bi in hac Cé-re- i obla-ti- ó-ne so- lénni per mi-




nistró- rum ma-nus de opé- ri- bus a- pum sacro- sáncta



(25.) reddit ecclé- si- a. Sed jam co-lúmne hu- jus

Sabbato in vigilia pasche.


[78r.]



pre-có-ni- a nó-vimus quam in honó-rem De- i rú-ti-lans  
ignis accén- dit.

*Hic accendatur cereus paschalis de novo igne, nec extinguatur ante completorium diei sequentis. Hic accendantur cetera luminaria per ecclesiam.*

(26.)




Qui li-cet di-ví-sus in partes mu-tu-á-ti lúmi-nis detri-

(27.)




ménta non no-vit. A-li- tur liquán-ti-bus ce-ris : quas  
in substánti- am pre-ci-ó- se hu- jus lámpa-dis a-pes

(28.)



ma-ter e-dú- xit. O be- á- ta nox,  
que expo-li- á-vit E- gýpti- os : di-tá-vit Hebré- os,


(29.)




nox in qua terré-nis ce-lésti- a jungún- tur. O- rá-



mus te, Dó- mi-ne ut Cé-re-us iste in honó- rem [78v.]



nó-mi-nis tu- i con- secrá- tus ad noctis hu- jus ca- lí-gi-




nem destru- éndam inde- fí- ci- ens per- se- vé- ret.



(30.) In odó-rem su- a- vi- tá- tis ac- céptus su- pér- nis lumi-




(31.) ná-ri-bus misce- á- tur. Flammas e- jus lú- ci- fer ma-



(32.) tu- tí- nus invé- ni- at. Il- le inquam lú- ci- fer qui



(33.) nescit occá- sum. Il- le qui regréssus ab ínfe- ris



(34.) hu- má- no gé- ne- ri se- ré- nus il- lú- xit. Pre- cá- [79r.]



mur ergo te, Dó- mi-ne ut nos fámu- los tu- os om-



Sabbato in vigilia pasche.

nem cle-rum, et de-vo-tissi-mum pópu-lum : u-na cum pa-  
tre nostro pa-pa *N.* atque re-ge nostro *N.*  
necnon et e-píscopo nostro *N.* qui-é-te témpo-rum  
con-céssa in hiis paschá-li-bus gáudi-is conser-vá-  
(35.) re digné-ris. Qui sem-per vi-vis regnas ímpe-ras nec-  
non et glo-ri-á-ris so-lus De-us so-lus al-tíssi-mus  
[79v.] Je-su Chris-te cum Sancto Spí-ri-tu in gló-  
ri-a De-i Pa-tris. A-men.

*Finita benedictione cerei paschalis sacerdos completurus officium indutus casula ad altare authenticum assumpta : cum ministris suis ad altare accedat confessione jam non*

*dicta, sed tantum Pater noster. et osculando altare cum suis ministris eat sessum. Accedat cereus super hastam : minister vero qui alium cereum defert ad sinistrum cornu altaris stet super gradum [ad]<sup>592</sup> australe conversus quousque finiatur septiformis letania, postea legantur lectiones sine titulo a dignioribus personis, &c. Missale:731.*

*Quibus peractis sequatur septiformis letania, que in medio chori a septem pueris in superpelliceis dicatur et interim exuat sacerdos casulam et super altare reponat, et sumat cappam rubeam adhuc stando ante altare donec cantetur letania sequens, &c.*

*Sequitur letania.*


1519:79v; Ant-1519-P:172r; Missal-1531-P:48v.

Sancta De- i gé-ni-trix, o-ra pro no-bis.


	Sancta virgo víginum.	Sancte Philippe.	Ora.
	Ora pro nobis.	Sancto Bartholomé.	Ora.
[70v.]	Sancte Míchael.	Sancte Mathée.	Ora.
	Sancte Gábríel.	Omnes sancti apóstoli et	
	Sancto Ráphael.	evangelíste. Oráte [pro nobis]. <sup>593</sup>	
	Omnes sancti ángeli et archángeli	Sancte Stéphane.	Ora.
Dei.	Oráte pro nobis.	Sancte Line.	Ora.
	Sancte Johánes baptísta.	Sancte Clete.	Ora.
	Omnes sancti patriárche et	Sancte Lauréti.	Ora.
prophéte.	Oráte.	Sancte Vincéti.	Ora.
	Sancte Petre.	Sancte Sixte.	Ora.
	Sancte Andréa.	Sancte Dionýsi cum sociis tuis.	
	Sancte Johánes.	Oráte <sup>594</sup> [pro nobis]. <sup>595</sup>	
	Sancte Jacóbe.	Omnes sancti mártýres.	Orate.

Sabbato in vigilia pasche.

Sancte Silvéster.	Ora.	Oráte [pro nobis]. <sup>596</sup>	
Sancte Gregóri.	Ora.	Sancta María Magdaléna.	Ora.
Sancte Hylári.	Ora.	Sancta Felicitas.	Ora.
Sancte Martíne.	Ora.	Sancta Perpétua.	Ora.
Sancte Remígi.	Ora.	Sancta Agatha.	Ora.
Sancte Audoéne.	Ora.	Sancta Agnes.	Ora.
Sancte Augustíne.	Ora.	Sancta Cecília.	Ora.
Omnes sancti confessóres.		Sancta Scolástica.	Ora.



Omnes sancte vírgi-nes. O-rá-te pro no-bis. Omnes Sanc-



ti. O-rá-te pro no-bis.

¶ *Si episcopus presens fuerit indutus cappa serica stet in sede sua dum predicta letania canitur.*

*Finita hac letania statim incipiatur quinta partita letania que a v. dyacono similiter in medio chori in superpellicio de ij. forma dicatur et finiatur sub tono predicto.*

*Cumque perventum fuerit ad hanc prolationem, Sancta María. statim eat processio ad fontes benedicendas hoc ordine. In primis accolitus crucem ferens alba et tunica indutus : post eum vero duo ceroferarii in albis cum amictibus deinde thuribularius in simili habitu, post eum vero duo pueri in superpelliceis pariter incedentes unus ferens librum, alius a dextris ejus ferens cereum ad fontes benedicendas : deinde duo dyaconi de secunda forma albis cum amictis induti, pariter incedentes unus ferens oleum, alius a dextris ejus ferens chrisma : deinde subdyaconus tunica : et deinde dyaconus in dalmatica : deinde sacerdos in cappa serica rubea, clero itaque sequente habitu non mutato, ex australi latere ecclesie procedendo ad fontes veniant, predicti dyaconi letaniam canentibus de singulis ordinibus, v. in medio clericorum de secunda forma post executorem officii hoc modo.* [80v.]

[ ¶ *Sequitur letania.* ]

Kyrieléyson. Christeléyson.		Sancta María.	Ora.
Christe audi nos.		Sancta Dei génitrix.	Ora.

Sabbato in vigilia pasche.

Sancta virgo víriginum.	Ora.	Sancte Mauríci cum sociis tuis.	
Sancte Míchael.	Ora.	Oráte <sup>598</sup> [pro nobis]. <sup>599</sup>	
Sancte Gábriel.	Ora.	Omnes sancti mártýres.	Orate.
Sancte Ráphael.	Ora.	Sancte Benedícite.	Ora.
Omnes sancti ángeli et archángeli		Sancte Nicoláe.	Ora.
Dei.	Oráte.	Sancte Germáne.	Ora.
Sancte Johánnes baptísta.	Ora.	Sancte Románe.	Ora.
Omnes sancti patriárche et		Sancte Aldélme.	Ora.
prophéte.	Orate [pro nobis]. <sup>597</sup>	Sancte Augustíne.	
Sancte Paule.	Ora.	Ora. <sup>600</sup>	
Sancte Jacóbe.	Ora.	Omnes sancti confessóres.	
Sancte Thoma.	Ora.	Orate [pro nobis]. <sup>601</sup>	
Sancte Symon.	Ora.	Sancta Lúcia.	Ora.
Sancte Thadée.	Ora.	Sancta Petronílla.	Ora.
Omnes sancti apóstoli et		Sancta Katherína.	Ora.
evangelíste.	Orate.	Sancta Christína.	Ora.
Sancte Clemens.	Ora.	Sancta Brigída.	Ora.
Sancte Cornéli.	Ora.	Omnes sancte vírgines.	Orate.
Sancte Cypriáne.	Ora.	Omnes sancti.	Orate.
Sancte Sebastiáne.	Ora.		


*In his duabus letaniis non dicatur Pater de celis. [neque]<sup>602</sup> Fili Redémptor mundi Deus. neque Spíritus Sancte Deus. neque Sancta Trínitas unus Deus.<sup>603</sup>*

¶ [Item] *Gelasius papa<sup>604</sup> ostendit dicens quia ipse qui Pater et Filius et Spiritus Sanctus una persona in Trinitate,<sup>605</sup> et tres persone in Unitate et in sepulchro se custodiri mittitur<sup>606</sup> omnino de<sup>607</sup> adhuc surrexerat a mortuis qui voluit prophetiam implere, sed jacuit in sepulchro usque ad tertium diem quod bene iste predicte iiij. clause in his letaniis possunt pretermittere.<sup>608</sup>*

¶ *Hoc modo fiat statio ad fontes ex parte occidentali donec percantetur letania scilicet ad gradum fontis ex parte occidentali stet sacerdos, retro quem stent quinque dyaconi letaniam cantantes : deinde ad alium gradum fontis ex parte orientali puer librum ferens, deinde dyaconus, deinde subdyaconus, deinde oleum et crisma : deinde portitor cerei fontis, deinde thuribularius, deinde oleum : ceroferarius, exinde duo accoliti crucem*

*ferentes omnibus ad orientem conversis.*

*Executor officii conversus ad orientem fontes benedicendo, assistat minister juxta ad fontem circumstantibus ordinate scilicet a dextris juxta sacerdotem stet dyaconus, subdiaconus vero a sinistris, qui fert chrisma stet juxta dyaconum, qui vero fert crucem stet sacerdoti opposito ad eum conversus, juxta quem eodem modo stent ceroferarii ij. post ceroferarium et thuribularium, qui vero fert cereum inter dyaconum et chrisma : puer autem ferens librum stet inter subdyaconum et oleum [ut patet in pictura sequente].<sup>609</sup> Episcopus tamen si presens fuerit a tergo canentium letaniam ut in aliis processionibus semper in fine ultimum locum tenet.*




[81v.]


¶ Statio dum cantatur letania ad fontes in vigilia pasche.

Deinde executor officii ad fontes dicat sic.

1519:81v.



Dómi-nus vo-bíscum. *Chorus.* Et cum spí-ri-tu tu-o.




O-rémus.


Ⓞ Mnípotens sempitérne Deus  
adésto magne pietátis mystériis,  
adésto sacraméntis et ad recreándos  
novos pópulos quos tibi fons  
[Prosequatur ut sequitur.]

baptismátis párturit Spíritum  
adoptiónis emítte : ut quod nostre [82r.]  
humilitátis geréndum est, ministério  
tue virtútis impleátur

1519:82r.



efféctu. Per Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fí-li-um




tu-um qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus




Sancti Deus. Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R.* Amen.

1519:82r.



℣. Dómi-nus vo-bís-cum. ℞. Et cum spí-ri-tu tu o.

Sabbato in vigilia pasche.



℣. Sur-sum corda.      ℞. Ha-bémus ad Dómi-num.




℣. Grá-ti- as a-gámus Dómi-no De-o nostro.      ℞. Dignum



et justum est.      ℣. Ve-re dignum et justum est equum



et sa-lu-tá-re nos ti-bi semper et u-bíque grá-ti- as



á-ge-re Dómi-ne sancte Pa-ter omní-po-tens e-térne De-us




qui invi-sí-bi-li po-ténti-a sacramentó-rum tu-ó-rum




mi-ra-bí-li-ter ope-rá-ris efféctum. Et li-cet nos tantis

[82v.]



mysté-ri- is ex-equéndis simus indígni : tu tamen grá-ti- e




tu- e do-na non dé-se-rens é-ti- am ad nostras pre-ces aures


Sabbato in vigilia pasche.



tu-e do-na non dé-se-rens é-ti-am ad nostras pre-ces aures



tu-e pi-e-tá-tis inclí-nes. De-us cu-jus Spí-ri-tus su-per



aquas inter ipsa mundi primórdi-a fe-re-bá-tur : ut jam



tunc virtú-tem sancti-fi-ca-ti-ó-nis aquá-rum na-tú-ra



concí-pe-ret. De-us qui no-céntis mundi crí-mi-na per aquas




áblu-ens re-ge-ne-ra-ti-ó-nis spé-ci-em in ipsa di-lú-vi-i



[83r.]

effu-si-ó-ne signásti : ut u-ní-us e-jusdémque e-leménti




mysté-ri-o et fi-nis esset ví-ci-is et ó-ri-go virtú-ti-bus.



Réspi-ce qué-sumus Dómi-ne in fá-ci-em ecclé-si-e tu-e




Sabbato in vigilia pasche.



et mul-típli-ca in e-a re-ge-ne-ra-ti-ónes tu-as : qui grá-  
ti-e tu-e afflu-éntis ímpe-tu le-tí-fi-cas ci-vi-tá-tem  
tu-am fontémque baptismá-tis á-pe-ris to-to orbe terrá-rum  
génti-bus inno-vándis : ut tu-e ma-jestá-tis impé-ri-o  
sumat Uni-gé-ni-ti tu- i grá-ti- am de Spí-ri-tu Sancto.

*Hic dividat aquam manu sua in modum crucis dicenda [hoc quod sequitur hoc modo]<sup>610</sup> sic.*



Qui hanc aquam re-ge-ne-rándis homí-ni-bus pre-pa-rá-tam  
archá-na su- i lúmi-nis admixti-one fe-cúndet : ut sancti-  
fi-ca-ti-óne concépta ab imma-cu-lá-to di-ví-ni fontis  
ú-te-ro in no-vam re-ná-tam cre-a-tú-ram pro-gé-ni-es

[83v.]

Sabbato in vigilia pasche.

ce-léstis emérgat. Et qos aut sex-us in córpo-re aut e-tas  
discérnit in témpo-re : omnes in u-nam pá-ri- at grá-ti- a  
ma-ter infánti- am. Pro-cul ergo hinc ju-bénte te Dómi-ne  
omnis spí-ri-tus immúndus abscé-dat : pro-cul to-ta ne-quí-  
ti- a di- a-bó-li-ce fraudis absístat. Nichil hic lo-ci há-be-at  
contrá-ri- e virtú-tis admíxti- o non insi-di- ándo circúm-  
vo-let : non la-téndo súrre-pat non infi-ci- éndo corrúmpat.  
Sit hec sancta et ínno-cens cre-a-tú-ra lí-be-ra ab omni  
impugna-tó-ris incúrsu : et tó-ti- us ne-quí-ti- e purgá-

[84r.]

Sabbato in vigilia pasche.

ta discéssu. Sit fons vi-vus aqua re-gé-ne-rans unda pu-rí-  
 fi-cans. Ut omnes hoc la-vácro sa-lu-tí-fe-ro di-lu-é-ndi :  
 o-pe-rán-te in e-is Spí-ri-tu Sancto, perféc-te purga-ti-  
 ó-nis indulgénti-a consequántur. Unde be-ne-✠dí-co  
 te cre-a-tú-ra aque per De-um ✠ vi-vum per De-um ✠  
 ve-rum per De-um ✠ sanctum per De-um qui te in  
 princí-pi-o verbo se-pa-rá-vit ab á-ri-da : cu-jus Spí-ri-tus  
 su-per te fe-re-bá-tur : qui te de pa-ra-dí-so ma-ná-re fe-cit  
 et in quá-tu-or flumí-ni-bus to-ta terram ri-gá-re pre-cé-pit.


[84v.]

*Hic sacerdos ejiciat sua manu aquam de fonte in modum crucis in iiij. partes [dicendo hoc modo].*<sup>611</sup>


Sabbato in vigilia pasche.



Qui te in de-sérto amá-ram su-a-vi-tá-te indí-ta fe-cit



esse po-tá-bi-lem : et si-ti- énti pópu-lo de petra prodúx-it.



Be-ne-✠dí-co te per Je-sum Christtum Fí-li-um e-jus




ú-ni-cum Dómi-num nostrum : qui te in Cha-na Ga-li-lé-




e signo admi-rá-bi-li su-a po-ténti-a convértit in vi-num.



Qui pé-di-bus su-per te ambu-lá-vit : et a Jo-hánne in Jor-



[85r.] dá-ne in te bap-ti-zá-tus est. Qui te u-na cum sán-gui-ne



de lá-te-re su-o prodúx-it : et discí-pu-lis su-is jussit ut




cre-déntes bap-ti-za-réntur in te di-cens i-te do-cé-te omnes

Sabbato in vigilia pasche.



gentes bapti-zántes e-os in nómi-ne Pa-✠-tris et Fí-li-✠-i




et Spí-ri-✠-tus Sancti.

*Hic mutet vocem suam quasi legendo* Hec nobis precépta servántibus tu Deus omnipotens et <sup>612</sup> clemens : adésto tu benígnus aspíra.

*Hic aspiret in fontem ter in modum crucis.* Tu has símplices aquas tuo ore benedícito ut preter naturálem emundatióne[m] quam lavándis possunt adhibére corpóribus sint étiam purificándis méntibus effícaces.


*Hic stillet de cereo in fontem in modum crucis postea dicat.*



Descéndat in hanc ple-ni-tú-di-nem fontis virtus Spí-ri-tus




Sancti : to-támque hu-jus aque substánti- am re-ge-ne-rándi




fe-cúndet efféctum.

*Hic mittat cereum in medio* <sup>613</sup> *fontis crucem faciens, [et postea prosequatur].* <sup>614</sup>




Hic ómni- um pecca-tó-rum má-cu-le de-le-ántur : hic na-

[85v.]




tú-ra ad ymá-gi-nem tu- i cóndi-ta et ad honó-rem su- i

Sabbato in vigilia pasche.




re-formá-ta prínci-pi- i cunctis ve-tustá-tis squa-ló-ri-bus




emundé-tur.

*Hic extrahatur cereus a<sup>615</sup> fontes dicendo [sic].<sup>616</sup>*



Ut omnis homo hoc sacraméntum re-ge-ne-ra-ti- ó-nis ingrés-





sus in ve-re inno-cénti et no-vam infánti- am re-nascá-tur.


Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. [R.] Amen.

¶ *Consecratis fontibus non infundetur oleum neque crisma nisi fuerit aliquis baptizandus. Completo fontium ministerio tres clerici de superiori gradu in cappis sericis videlicet duo in cappis rubeis et tertius in cappa alba<sup>617</sup> in medio processionis in eundo cantent hanc letaniam simul : ita quod primus V̇. cantetur a predictis clericis antequam procedat processio hoc modo sequente.*

Rylands-24:207; 1519:85v; Grad-1508:108r; GS:114; Missal-1513:85v.<sup>618</sup>



Ex sanctó-rum an-ge- ló-rum to-tum mundum



[86r.] ád- ju-va.

*Chorus idem repetat post unumquemque versum.*


Sabbato in vigilia pasche.



1. *℣.* O-ra primum tu pro no-bis virgo ma-ter gérmí-nis,  
Et mí-nístris Pa-tris summi ór-di-nes angé-li-ci.



2. *℣.* Suppli-cá-te Chris-to re-gi ce-tus a-pos-tó-li-ci,  
Suppli-cétque per magnó-rum sanguis fu-sus mártý-rum.



3. *℣.* Impló-rá-te conféssó-res consonéque vírgi-nes,  
Quo doné-tur magne no-bis tempus indulgénti-e.



4. *℣.* Omnes sancti atque justí nos pre-cámur cérnu-i,  
Ut purgé-tur cri-men omne vestro sub o-rá-mi-ne.

[86v.]

Sabbato in vigilia pasche.



5. ✠. Hu-jus Chris-te pas-tor alme ple-bis vo-ta sús-ci-pe,  
Qui plasmásti prothopláustum et ge-nus gignénti-um.



6. ✠. Mitte sanctum nunc ambó-rum Spí-ri-tum Pa-ra-clí-tum  
In hanc ple-bem quam re-cénter fons bap-tísmi pártu-rit.



7. ✠. Hac intérna fontis hu-jus sa-crá-tum mys-té-ri-um  
Qui proflúx-it cum cru-ó-re sacro Chris-ti córpo-re.



8. ✠. Et le-té-tur ma-ter sancta to-ta nunc ecclé-si-a  
Ex pro-véntu re-nascén-tis tante mul-ti-tú-di-nis.




9. ✠. Presta Pa-tris atque Na-ti compar Sancte Spí-ri-tus,



Sabbato in vigilia pasche.

---




Ut te so-lum semper omni di-li-gámus tém-po-re.

*Deinde incipiatur missa sine regimine chori immediate cantore incipiente.*  
Missale:743.

## ¶ *In die pasche.*

*Ante matutinas<sup>619</sup> et ante campanarum pulsationem conveniant clerici ad ecclesiam et accendantur omnia luminaria per ecclesiam. ij. excellentiores cum ceroferariis et thuribulario et clero circumstante ad sepulchrum accedant, et incensato prius sepulchro cum magna veneratione statim post thurificationem videlicet genuflectendo corpus Domini privatim super altare deponant. Iterum accipiant crucem de sepulchro et incipiat excellentior persona Christus resurgens. cum quo eat processio [per ostium]<sup>620</sup> presbyterii australe incedendo per medium chori et regrediens cum predicta cruce de sepulchro assumpta, inter duos sacerdotes predictos, super eorum brachia venerabiliter portata cum thuribulario et ceroferariis precedentibus per ostium presbyterii boreale, exeundo ad unum altare ex parte boreali ecclesie choro sequente habitu non mutato excellentioribus precedentibus, corpore vero Dominico super altare in pixide dimisso in subthesaurarii custodia, qui illud in predicta pixide in tabernaculo dependat, ut patet in [ista]<sup>621</sup> statione sequenti [precedente].<sup>622</sup>*




Ene-dí- ci-te \* gen- tes Dó- mi- num De- um



nos- trum : et ob- audí- te vo- cem laudis e- jus, qui pó-




su- it á- nimam me- am ad vi- tam : et non de-




dit commó- ve- ri pe- des me- os : be- ne- díc-



tus Dó- mi- nus qui non a- mó- vit depre- ca- ti- ó- nem



me- am : et mi- se- ri- cór- di- am su- am a me



al- le- lú- ya.

[Postea cantetur communio sequens.]

091-10.

In vigilia ascensionis Domini.

1519:108v; GS:131; Grad-1508:128r; Missal-1513:97r.]<sup>797</sup>

Comm.

I.

091-14.




Antá-te Dómi- no \* al-le- lú- ya : cantá-te



[109r.]

Dómi-no be-ne-dí-ci-te no-men e- jus : be- ne nunci-



á- te de di- e in di- em sa-lu-tá- re e- jus :



al-le-lú- ya al-le- lú- ya.


*Missa de vigilia ascensionis Domini.*

1519:109r; GS:133, 148; Grad-1508:129r, 152r; Missal-1513:97v.<sup>798</sup>

Offic.

VI.

101.2-02.



M- nes \* gen-tes pláu-di-te má-ni- bus :



ju-bi- lá- te De- o in vo-ce ex-ul-ta-ti- ó- nis :

101.2-04.



al-le- lú- ya al-le- lú- ya. Ps. Subjé-cit pó-pu-los



no-bis : et gentes sub pé-di-bus nostris.

*Oratio.*

**R**esta quésumus omnipotens  
[Pater, ut nostras mentis  
inténtio, quo Unigénitus Fílius tuus  
Dóminus noster ventúre solennitátis

gloriósus auctor ingrèssus est, semper  
inténdat ; et quo fide pergit  
conversatióne pervéniat. Per.

*Secunda oratio de sancto, de quo est ecclcsia illa. Tertia de omnibus sanctis.*  
Concéde, quésumus, omnipotens Deus. *ut supra.*<sup>799</sup>

*Lectio Actuum Apostolorum iv. [32-35.]*

**I**N diébus illis. Multitúdinis  
autem credéntium erat cor unum  
et ánima una. Nec quisquam  
[eórum]<sup>800</sup> que possidebat áliquíd  
suum esse dicébat : sed erant illis  
[109v.] ómnia commúnia. Et virtúte magna  
reddébant apóstoli testimónium  
resurrectiόνis Jesu Christi Dómini  
nostri : et grátia magna erat in

ómnibus illis. Neque enim quisquam  
egens erat inter illos. Quotquot enim  
possessóres agrórum aut domórum  
erant : vendétes afferébant précia  
eórum que vendébant : et ponébant  
ante pedes apostolórum. Dividebátur  
autem síngulis : prout cuique opus  
erat.

1519:109v; GS:133; Grad-1508:129r; Missal-1513:97v.<sup>801</sup>


II.



L-le-lú-ya. \*



Omnes gentes pláu-di-



te má- ni- bus : ju-bi-  
lá-te De- o in vo- ce \* ex-ul-ta- ti- ó-  
nis.


*Evangelium secundum Johannem. [xvij. I.-II.]*

[110r.] **I**N illo tēpore. Sublevátis Jesus  
óculis in celum dixit, Pater venit  
hora : clarífica Fílium tuum, ut et  
Fílius tuus claríficet te. Sicut dedísti  
ei potestátem omnis carnis : ut omne  
quod dedísti ei det eis vitam etérnam.  
Hec est autem vita etérna : ut  
cognóscant te solum verum Deum :  
et quem misísti Jesum Christum.  
Ego te clarificávi super terram : opus  
consummávi quod dedísti michi ut  
fáciam. Et nunc clarífica me tu Pater  
apud temetípsum : claritáte quam  
hábui priúsquam mundus esset apud  
te. Magnifestávi<sup>802</sup> nomen tuum

homínibus quos dedísti michi de  
mundo. Tui erant, et michi eos  
dedísti et sermónem tuum serva-  
vérunt. Nunc cognóverunt quia óm-  
nia que dedísti michi abs te sunt :  
quia verba que dedísti michi dedi eis.  
Et ipsi accepérunt, et cognóverunt  
vere quia misísti : credidérunt quia a  
te exívi.<sup>803</sup> Ego pro eis rogo. Non  
pro mundo rogo : sed pro his quos  
dedísti michi : quia tui sunt. Et  
ómnia mea tua sunt, et tua mea sunt :  
et clarificátus sum in eis. Et jam non  
sum in mundo : et hii in mundo sunt  
et ego ad te vénio.

1519:110r; GS:133; Grad-1508:129v; Missal-1513:98r.<sup>804</sup>

101.2-08. Offert. II.



I- ri \* Ga-li- lé- i quid admi-rá-



In vigilia ascensionis Domini.

mi-ni aspi-ci-én- tes in ce-  
lum : hic Je-sus qui assúptus est a vo- bis in ce-  
lum : sic vé- ni- et quemádmódu-m vi-dís-tis  
e- um ascendén- tem in  
ce- lum al-le- lú-ya.

[110v.]

1519:110v; GS:134; Grad-1508:129v; Missal-1513:98r.<sup>805</sup>


Comm.  
IV.



A-ter\* cum es-sem cum e- is : e-go servá-bam  
e-os quos de-dís-ti mi- chi al-le- lú- ya : nunc au-

101.2-10.

In vigilia ascensionis Domini.



tem ad te vé- ni- o, non ro- go ut tol- las e- os de mun-  
do : sed ut ser- ves e- os a ma- lo : al- le- lú- ya al- le-  
lú- ya.

[111r.] **C** Cantata missa statim si duplex festum illa die contigerit tres clerici de superiori gradu in medio processionis cantent letaniam in revertendo habitu non mutato. Si duplex festum non fuerit dicatur a duobus clericis de secunda forma, et sic eat processio ad portam claustrum orientalem et intrent chorum per ostium occidentale : et dicatur letania usque ad prolationem Sancta María [quésumus alium].<sup>806</sup> antequam exeat processio ad gradum altaris.

*Prima letania.*

Rylands-24:231; 1519:111r.



**K** Y-ri- e-léyson qui pre- ci- ó- so sán- gui- ne mundum  
e- ri- pu- ís- ti de ma- le- dí- ti fauce dra- có- nis.

*Chorus idem.*

*Clerici.*


[*Chorus idem repetat post unumquemque versum.*

*Hic procedat processio et clerici predicti prosequantur.]<sup>807</sup>*

In vigilia ascensionis Domini.



Sancta Ma-ri- a qué-sumus almu pösce-re re-gem ju-re



meménto salvet ut omnes nos ju-bi-lán-tes.

*Chorus Kýrie.*

*Clerici [cantent versum].*<sup>808</sup>




Sancte Mícha- el, qué-sumus almu.

*Chorus Kýrie.*

*Clerici [dicant versum].*<sup>809</sup>



Omnis cho-rus ange-ló-rum et archange-ló-rum que-su-



mus almu.

*Chorus ut supra. [Kýrie.]*<sup>810</sup>

*Et clerici predicti prosequantur de ceteris ordinibus quantum sufficit iter usque ad gradum chori in ecclesia propria : ita tamen quod in hac letania et iiij. non dicatur versus sic, Omnes sancti ángeli, Omnes sancti apóstoli. sed ita pronuntietur Omnis chorus angelórum et archangelórum vel apostolórum vel evangelistárum. Similiter de ceteris ordinibus.* [111v.]

*Ad gradum chori finiatur sic : Omnis chorus sanctorum.*

*Deinde sequatur versus et oratio de omnibus sanctis.*

In vigilia ascensionis Domini.

Quando vero dicatur Kýrie qui pretiósos.

¶ In die sancti Marce evangeliste [tunc]<sup>811</sup> in secunda feria in rogationibus dicatur ista secunda letania sic.

[Secunda letania.]<sup>812</sup>


Rylands-24:232; 1519:111v.<sup>813</sup>



**K** Y-ri- e- léyson. Christe- léyson. Christe audi nos.

Chorus idem repetat post unumquemque V̇.


Clerici dicant versum.



Pa-ter de ce-lis De-us mi-se-ré-re no- bis.

[Item]<sup>814</sup> chorus [repetat]<sup>815</sup> Kýrie. [et cetera].<sup>816</sup>


Clerici [cantent versum].<sup>817</sup>



Fi-li re-démptor mundi De-us mi-se-ré-re no- bis.

[Iterum]<sup>818</sup> chorus [repetat]<sup>819</sup> Kýrie.

Clerici [cantent versum].<sup>820</sup>




Spí-ri-tus Sancte De-us mi-se-ré-re no- bis.

Chorus Kýrie [eléyson. et cetera.]<sup>821</sup>

In vigilia ascensionis Domini.

---


*Clerici [dicant versum].*<sup>822</sup>



Sancta Trín-tas Unus De-us mi-se-ré-re no-bis.

*Chorus [repetat]*<sup>823</sup> Kýrie.

*[Postea]*<sup>824</sup> *clerici [dicant versum].*<sup>825</sup>



Sancta Ma-rí-a o-ra pro no-bis.

[112r.]

*Chorus Kýrie.*

*Hic procedat processio et clerici predicti procedant de ceteris ordinibus, quantum sufficit iter.*

*Item clerici.*



Sancta De-i gé-ni-trix o-ra pro no-bis.

*[Item]*<sup>826</sup> *chorus Kýrie.*


*[Postea]*<sup>827</sup> *clerici [dicant versum].*<sup>828</sup>



Sancta vír-gi-num o-ra pro no-bis.

*[Iterum]*<sup>829</sup> *chorus Kýrie.*

*[Postea]*<sup>830</sup> *clerici [dicant versum].*<sup>831</sup>




Sancta Mícha-el o-ra pro no-bis.

*[Postea]*<sup>832</sup> *chorus [repetat]*<sup>833</sup> *Kýrie.*

In vigilia ascensionis Domini.


[Item]<sup>834</sup> clerici [versum].<sup>835</sup>



Sancta Gábri-el o-ra pro no-bis.

[Item]<sup>836</sup> chorus [repetat]<sup>837</sup> Kýrie.

[Postea]<sup>838</sup> clerici [dicant versum].<sup>839</sup>



Sancta Rápha-el o-ra pro no-bis.

[Item]<sup>840</sup> chorus [repetat]<sup>841</sup> Kýrie.


[Deinde]<sup>842</sup> clerici [dicant versum].<sup>843</sup>




Omnes sancti ánge-li et archánge-li o-rá-te pro no-bis.

[Deinde]<sup>844</sup> chorus [repetat]<sup>845</sup> Kýrie.

[Postea]<sup>846</sup> clerici [dicant versum].<sup>847</sup>




Omnes sancti be-a-tó-rum spi-rí-tu-um ór-di-nes o-rá-



te pro no-bis.

[Postea]<sup>848</sup> chorus [repetat]<sup>849</sup> Kýrie.


[Item]<sup>850</sup> clerici [versum].<sup>851</sup>



Sancte Jo-hánnes baptísta o- a pro no-bis.

In vigilia ascensionis Domini.

[Deinde]<sup>852</sup> chorus [repetat]<sup>853</sup> Kýrie [eleison. et cetera.  
Iterum]<sup>854</sup> clerici [dicant versum].<sup>855</sup>



Omnes sancti pa-tri-árche et prophé-te o-rá-te [112v.]

pro no- bis.

[Chorus repetat Kýrie.]<sup>856</sup>

Et sic de apostolis et de ceteris ordinibus usque ad Omnes Sancti. Sequatur *℟.* et oratio de omnibus sanctis [ut supra].

☩ Tertia letania.

Rylands-24:232; 1519:112v.



**K**Y-ri- e-léyson. Chris-te-léyson. Chris-te audi nos.

Chorus idem [repetat post unumquemque versum].<sup>857</sup>


[Postea]<sup>858</sup> clerici [cantant hunc versum].<sup>859</sup>



Sancta Ma-rí- a te depre-cámur o-ra pro no-bis.

[Item]<sup>860</sup> chorus [repetat]<sup>861</sup> Kýrie.

[Deinde]<sup>862</sup> clerici [versum].<sup>863</sup>



Sancte Mícha- el te depre-cámur o-ra pro no-bis.


[Iterum]<sup>864</sup> chorus [repetat]<sup>865</sup> Kýrie.

In vigilia ascensionis Domini.

[Postea]<sup>866</sup> clerici [versum].<sup>867</sup>



Omnes sancti ánge-li et archánge-li vos depre-cámur




o-rá-te pro no-bis.

*Chorus Kýrie.*

*Et clerici predicti prosequantur de ceteris ordinibus quantum sufficit [iter]<sup>868</sup> [usque ad gradum chori],<sup>869</sup> usque ad Omnes Sancti. [et cetera.]<sup>870</sup>*

▮ *Quarto letania.*<sup>871</sup>


Rylands-24:232; 1519:112v.<sup>872</sup>



Y-ri- e- léyson. Christe- léyson.

*Chorus idem [repetat].<sup>873</sup>*

[Postea]<sup>874</sup> clerici [dicant versum].<sup>875</sup>



Dómi-ne mi-se-ré-re Christe mi-se-ré-re.

*Chorus idem [repetat].<sup>876</sup>*

[Postea]<sup>877</sup> clerici [dicant versum].<sup>878</sup>



[113r.]


Mi-se-ré-re no-bis pi- e Rex Dó-mi-ne Je- su Christe.

*Chorus idem [repetat].<sup>879</sup>*



In vigilia ascensionis Domini.

[Postea]<sup>880</sup> clerici [dicant versum].<sup>881</sup>



Chris-te audi nos.

*Chorus* Kýrie.

[Item]<sup>882</sup> clerici.



Sancta Ma-rí- a o-ra pro no- bis.

*Chorus* [repetat Dómine]<sup>883</sup> miserére.


[Item]<sup>884</sup> clerici [dicant versum].<sup>885</sup>



Sancta De- i gé- ni- trix o-ra pro no- bis.

*Chorus* [repetat]<sup>886</sup> Miserére.

[Postea]<sup>887</sup> clerici [dicant versum].<sup>888</sup>



Sancta virgo vír-gi-num o-ra pro no- bis.

*Chorus* [repetat]<sup>889</sup> Kýrie.

*Clerici* [dicant versum].<sup>890</sup>



Sancte Mí-cha- el o-ra pro no- bis.


[Item]<sup>891</sup> chorus Dómine [miserére].<sup>892</sup>

[Deinde]<sup>893</sup> clerici [versum].<sup>894</sup>



Omnes cho- rus ange-ló- rum et archange-ló- rum o- ret


In vigilia ascensionis Domini.



pro no- bis.

[Iterum]<sup>895</sup> chorus Miserére.

Clerici [dicant versum].<sup>896</sup>




Sancte Jo-hánnes baptís- ta o-ra pro no- bis.

[Item]<sup>897</sup> chorus [repetat]<sup>898</sup> Kýrie.

[Deinde]<sup>899</sup> clerici [dicant versum].<sup>900</sup>



Omnis cho-rus pa-tri- archá-rum et prophe-tá- rum o-ret




[113v.]

pro no- bis.

*Hic modus servetur per omnes ordines usque ad Omnis chorus sanctorum oret. Si  
necesse fuerit V. sequentes dicantur a predictis clericis tempore belli.*


Versus.



Ab i-nimí- cis nostris de-fénde nos Christe.

Chorus idem [repetat].<sup>901</sup>

[Deinde]<sup>902</sup> clerici [dicant versum].<sup>903</sup>



Afflic-ti- ó-nem nostram be-nígnus vi-de.

Chorus idem [repetat].<sup>904</sup>

In vigilia ascensionis Domini.


*Clerici [versum].*<sup>905</sup>



Do-ló-rem cor-dis nostri réspi-ce clemens.

*Chorus idem [repetat].*<sup>906</sup>


*[Deinde]*<sup>907</sup> *clerici [dicant versum].*<sup>908</sup>



Peccá-ta pópu-li tu- i pi- us in-dúlge.

*Chorus idem [repetat].*<sup>909</sup>


*[Iterim]*<sup>910</sup> *clerici [dicant versum].*<sup>911</sup>



O-ra- ti- ó-nes nostras pi- us ex- áudi.

*Chorus idem [repetat].*<sup>912</sup>

*[Postea]*<sup>913</sup> *clerici [dicant versum].*<sup>914</sup>



Fi- li De- i vi- vi mi-se-ré-re no-bis.

*Chorus idem [repetat].*<sup>915</sup>


*[Deinde]*<sup>916</sup> *clerici [dicant versum].*<sup>917</sup>



Hic et imperpé-tu-um nos cus-tó-di-re digné-ris Christe.

*Chorus idem [repetat].*<sup>918</sup>

[Iterum]<sup>919</sup> clerici [dicant versum].<sup>920</sup>



Ex-áudi nos Chris-te ex-áudi, ex-áudi nos Christe.

[114r.]

¶ Chorus idem repetat.

*Finita aliqua letania in his tribus diebus precedentibus dicat sacerdos versum Vox leticie et exultationis. Resp. In tabernaculis justorum alleluya.*

*Oratio.*

¶ Resta quésumus omnipotens  
Deus ut in resurrectione Dómini  
nostri Jesu Christi Fílii tui cum

ómnibus sanctis percipiámus veráciter  
portionem. Qui tecum vivit et  
regnat.

8120.

*Tamen in vigilia ascensionis finita aliqua letania dicat sacerdos loco predicto V. Letámini in Dómino [et exultáte justi. Resp. Et gloriámini omnes recti corde.]*

*Oratio.*

¶ Nfirmitátem nostram quésumus  
Dómine propícus respice et mala  
ómnia que juste mereámur ómnium


sanctórum tuórum intercessióne  
avérte. Per Christum Dómimim  
nostrum. [R.] [Amen.]<sup>921</sup>

¶ *Feria iij. et iv. fiat processio in eundo et redeundo eodem modo et ordine quo prediximus : excepto quod in vigilia ascensionis retrocedat dracho : videlicet proximo loco ante crucem tam in eundo quam in redeundo.*

## ¶ *In die ascensionis Domini.*

*Ordinetur processio sicut in die pasche : excepto quod hac die vexilla processionis procedant primo videlicet leo<sup>922</sup> : deinde minora vexilla per ordinem : ultimo loco draconis, deinde inter subdyaconum et thuribularium duo de secunda forma capsulam reliquiarum in cappis sericis deferant : ipse quoque dyaconus [in]<sup>923</sup> eundo reliquias deferat, pro dispositione sacriste. Preterea hac die procedat processio per ostium chori et ecclesie [et]<sup>924</sup> exiet per ostium occidentale circumeundo extrinsecus totam ecclesiam et atrium intrando per portam juxta cimiterium canonicorum circumeundo claustrum et*

rediet in ecclesiam per idem ostium quo egressa est. Hac itaque processio ad gradum chori prius ordinata ut patet in [ista]<sup>925</sup> statione sequenti.



[114v.]

¶ [Statio et]<sup>926</sup> ordo processionis in die ascensionis [Domini]<sup>927</sup> ante missam.


Tres clerici de superiori gradu in medio processionis in cappis sericis dicant hanc prosam sequentem.

Rylands-24:234; 1519:114v; GS:134.<sup>928</sup>

Prosa.  
III.



Al-ve festa di-es to-to ve-ne-rá-bi-lis e-vo :



[115r.] Qua De-us in ce- lum scandit et astra te-net.

*Chorus idem repetat post unumquemque versum.*

*Clerici [dicant]<sup>929</sup> ⁊.*




1. ⁊. Ecce re-nascéntis testá-tur grá-ti-a mundo : Omni-a




2. cum Dómi-no do-na re-dísse su-o. ⁊. Témpo-ra flo-rí-



ge-ro rú-ti-lant dis-tíncta se-ré-no : Et ma-jó-re po-li lú-



3. mi-ne porta pa-tet. ⁊. Jamque tri-umphánti post trís-ti-a



tárta-ra Chris-to : Undique fronde nemus grámi-na flo-re

4. fa-vent. *℥*. Lé-gi-bus inférni opprésis su-per astra  
 me-ántem : Laudant ri-te De-um lux po-lus arva fre-tum.

5. *℥*. Solve cathe-ná-tos in-férni et cárce-ris umbras : Et ré-  
 6. vo-ca sursum quicquid ad yma ru-it. *℥*. E-ri-pis in núme- [115v.]  
 rum pópu-lum de cárce-re mor-tis : Et séqui-tur li-ber  
 7. quo su-is auctor a-bit. *℥*. Imma-cu-lá-ta tu-is plebs hec  
 ve-ge-té-tur in ul-nis : atque De-o pu-rum pignus ad astra  
 8. fe-ras. *℥*. Una co-ró-na ti-bi de te tri-bu-á-tur ab

In die ascensionis Domini.

9. al-to : Al-te-ra de pópu-lo vernet a-dépta tu-o. *℣.* Chris-  
te sa-lus mundi bone Cón-di-tor atque Re-démptor :

10. U-ni-ca pro-gé-ni-es ex De-i-tá-te Pa-tris. *℣.* Equá-  
lis consors só-ci-us cum Patre co-é-vus : Quo sumpsit

[116r.] mundus prínci-pe princí-pi-um. *℣.* Qui ge-nus humá-ni  
cernens mersisse pro-fúndo : Ut hó-mi-nem e-rí-pe-  
res es quoque factus homo.

*Per idem ostium quo egressa est [processio]<sup>930</sup> regredietur usque ad crucem in ecclesia cantando [hoc sequens]<sup>931</sup> ℞. In revertendo cantore incipiat.*



In die ascensionis Domini.

1519:116r; AS:269; Ant-1519:250v; Missal-1531:146r.<sup>932</sup>

Resp.  
VII.



I-ri Ga-li-lé- i \* quid admi-rámi- ni aspi-  
ci-éntes in ce- lum al-le- lú- ya. †Quemádmó-  
dum vi-dís-tis e- um ascendén- tem in ce- lum i-ta  
vé-ni-et al-le-lú-ya al-le-lú- ya al-le- lú- ya.

7904.

7904a.

⚭. Cunque intu-e-réntur in ce-lum e- úntem il-lum :

ec-ce du- o vi-ri asti-té-runt juxta il-los in vésti-bus

[116v.]


al- bis qui et dix- é- runt. †Quemádmódmum.

❏ In introitu chori dicatur aliud responsorium hoc modo [quo sequitur].<sup>933</sup>

In die ascensionis Domini.

1519:116v; AS:266; Ant-1519:248r; Missal-1531:145v.<sup>934</sup>

Resp.  
III.



**M** On conturbé-tur \* cor ves-trum e-go va-do  
 ad Pa-trem : et dum assúptus fú-e-ro a vo-bis mit-  
 tam vo-bis al-le-lú-ya. †Spí-ri-tum ve-ri-tá-tis  
 et gaudé-bit cor vestrum al-le-lú-  
 ya. ✠ E-go ro-gá-bo Pa-trem et á-li-um Pa-rácly-  
 tum da-bit vo-bis. †Spí-ri-tum ve-ri-tá-tis.

7952. ✠ Ascéndit Deus in jubilatióne.

Resp. Dóminus in voce tube [allelúya].<sup>935</sup>

[117r.] **C**oncède quesumus omnipotens  
 Deus : ut qui hodiérna die  
 Unigénitum tuum redemptórem  
 nostrum ad celos ascendísse crédimus

Oratio.

: ipsi quoque mente in celéstibus  
 habitémus. Per eúndem Christum  
 Dóminum nostrum. [Amen.]<sup>936</sup>

## ¶ Dominica infra octavas ascensionis.

*Ad processionem. R̄. Viri Galiléi. 271.*

*In introitu chori. R̄. Non conturbétur. 272.*

*V̄. et oratio ut supra in die ascensionis.*

## ¶ In vigilia penthecostes.

*Cantentur letanie et fiat benedictio fontium sicut in vigilia pasche eodem modo et ordine, tam in eundo quam in redeundo et in statione.*

*In redeundo dicatur Rex sanctorum. 196.*

## ¶ In die penthecostes.


*Ante iij. aspergatur aqua benedicta : et post aspersionem aque ordinetur processio sine vexillis et sine reliquiis : circumeundo ecclesiam et claustrum sicut in die pasche : et cantetur prosa sequens in medio processionis a tribus clericis de superiori gradu in cappis sericis [qui]<sup>937</sup> dicant hoc modo.*

Rylands-24:240; 1519:117r.<sup>938</sup>

Prosa.  
III.



Al-ve festa di-es to-to ve-ne-rá-bi-lis e-vo :



Qua no-va de ce- lo grá-ti- a fulsit humo.

*Chorus idem repetat post unumquemque versum.*

*Clerici.*



i. V̄. Jamque tri-umphánti post trís-ti- a Tárta-ra Chris-to :

In die penthecostes.

2. Undique fronde nemus grami-na flo-re fa-vent. *∞*. Alti- us

[117v.] igni no-vum so-lem ce-li órbi-ta du-cit : Qui va-gus o-ce-

3. á-ni ex-it et intrat aquas. *∞*. Arma-tus rá-di- is e-leménta

liquénti-a lustrans : Adhuc noc-te bre-vi tendit in orbe

4. di-em. *∞*. Spléndi-da sincé-rum pro-dú-cunt éthe-ra

vul-tum : le-ti-ci- amque su-am sý-de-ra cla-ra pro-bant.

5. *∞*. Rus gaudens vá-ri-o fundit mu-núscu-la fe-tu : Cum be-


6. ne verná-les reddit et annis opes. *∞*. Molle a purpú-re-

In die penthecostes.

um pingunt vi-o-lá-ri-a campum : Pra-ta vi-rent herbis  
 et mi-cat herba comis. 7. *℞.* Paulá-tim súb-e-unt stil-lánti- [118r.]  
 a lúmi-na flo-rum : Fló-ri-bus ár-ri-dent grámi-na tincta  
 su- is.


*In redeundo per idem ostium quo egressa est regrediatur [processio]<sup>939</sup> usque ad crucem cantando hoc ℞. sequens hoc modo.*

1519:118r; AS:279; Ant-1519:259v, 265v; Brev-1531:152v.<sup>940</sup>


Resp. III.  Pí-ri-tus \* Sanc- tus pro-cé-dens a thro- no :  
 a-posto-ló-rum péc- to-ra in-vi-si-bí-li- ter-pe-  
 ne- trá- vit no-vum sancti-fí-ca- ti- ó-nis sig- num. 7693.

In die penthecostes.


7693b. [118v.]




†Ut in o-re e-ó-rum óm-ni- um gé-ne-ra nasce-rén- tur



lin- guá-rum al-le- lu- ya. ⁊ Adve-




nit ignis di-ví-nus non combú-rens sed il-lúmi- nans :





et trí-bu- it e- is ca-ris- má- tum do- na. †Ut in.

*In introitu chori dicatur hec [sequens]<sup>941</sup> antiphona [hoc modo quo sequitur].<sup>942</sup>*  
1519:118v; AS:281; Ant-1519:261v; Brev-1531:153r.


3096. Ant.  
I.v.



 Odi- e \* complé- ti sunt di- es Penthe-cós-tes al-



le- lú-ya : hó-di- e Spí-ri- tus-sánctus in igne discí-pu- lis



appá-ru- it, et trí-bu- it e- is ca-rismá- tum do- na : mi- sit

In die sancte Trinitatis.



e- os in u-ni-vérso mundo pre-di-cá-re et testi-fi-cá-ri :  
 qui cre-dí-de-rit et bap-ti-zá-tus fú-e-rit, salvus e-rit  
 al-le- lú-ya.

℣. Loquebántur váriis linguis apóstoli.

8126.

℟. Magnália Dei allelúya.

*Oratio.*

**D**eus, qui hodiérna die corda  
 fidélium Sancti Spíritus illu-  
 stratióne docuísti : da nobis in eódem  
 Spíritu recta sápere : et de ejus

semper consolatióne gaudére. Per [119r.]  
 Christum Dóminum [nostrum.  
 Amen.]<sup>943</sup>

¶ *Et nota quod hac die cantetur hora iij. et vj. a toto choro in cappis sericis et non alias per totum annum.*

¶ *In die sancte Trinitatis.*

*Ordinetur [processio]<sup>944</sup> sicut in die natalis Domini. Sexta<sup>945</sup> cantata eat processio per medium chori circumeundo claustrum cantore incipiente [hoc responsorium sequens]<sup>946</sup> hoc modo.*

1519:119r; AS:292; Ant-1520:6r; Brev-1531:158v.<sup>947</sup>



VII.




Umme \* Tri-ni-tá- ti símpli-ci De-

7718.




In die sancte Trinitatis.



7718a.



[119v.]




*In introitu chori dicatur istud responsorium [sequens hoc modo quo sequitur].<sup>948</sup>*



In die sancte Trinitatis.


1519:119v; AS:290; Ant-1520:5r; Brev-1531:158r.<sup>949</sup>

Resp.  
VI.




6870.

Onor \* vir- tus et po-tés- tas et im-  
pé- ri- um sit Tri-ni-tá-ti in Uni- tá- te, Uni-tá- ti  
in Tri-ni- tá- te. †In pe-rén- ni se-cu-ló-  
rum témpo-re.



*In tempore paschali hoc modo dicatur.* al-le- lú- ya.



6870a.

℣. Tri-ni-tá- ti lux pe-rén- nis, Uni-tá- ti sit de- [120r.]  
cus pér-pe- tim. †In pe-rén- ni.


℣. Sit nomen Dómini benedíctum.

8199.

℟. Ex hoc nunc [et usque in séculum].<sup>950</sup>

[℣. Orémus.]

*Oratio.*

 Omnipotens sempiterna Deus  
qui dedisti famulis tuis in  
confessione vere fidei eterne Trini-  
tatis gloriam agnoscere et in potentia

majestatis adorare Unitatem : quesu-  
mus ut ejusdem fidei firmitate ab  
omnibus semper muniámur advérsis.  
Qui vivis et regnas in unitate.<sup>951</sup>

## ¶ *In festo Corporis Christi.*

*Ante missam procedat processio per medium chori et ecclesie, exiens per ostium occidentale circumeundo ecclesiam et atrium ut in die ascensionis Domini ordinata prius processione ad gradum chori cum sacerdote alba et cappa serica induto : Corpus Christi in tabernaculo deferente sub quodam pallio de serico [quod]<sup>952</sup> super iiij. hastas deferatur, cum cereis illuminatis a clericis in superpelliceis. Tres clerici de superiori gradu in medio processionis in cappis sericis cantent prosam et cantetur V̇. antequam exeat processio : chorus idem repetat post unumquemque versiculum, clerici vero sequentur.*

1519:120r.<sup>953</sup>

Prosa.  
III.



Al-ve festa di-es to-to ve-ne-rá-bi-lis e-vo :


i. Qua ca-ro Méssi- e fit ci-bus ecclé-si-e. V̇. Rex se-det

in ce-na turba cinctus du-ó-de-na : Se te-net in má-ni-bus


2. se ci-bat il-le ci-bus. V̇. Te mé-ri-to Chris-te jú-bi-lans [120v.]

laudat cho-rus i-te : Cu- i vi-tam ca-ro dat tu-a sancta


In festo Corporis Christi.




3. ca-ro. ✠. Sic decre-vís-ti sic pásce-re nos vo-lu-ís-ti :




4. Te cum sis vi-ta nos pi-a pascis i-ta. ✠. Fit ca-ro de




5. pa-ne vi-num cru-or hec du-o pla-ne : Chris-tus dis-cí-pu-lis




6. dat memo-rándum su-is. ✠. Hic ci-bus hic po-tus fa-cit




7. quoque númi-ne to-tus : Su-mens ple-nus e-rit si be-ne



8. cre-dí-de-rit. ✠. Pa-nis vi-ví-fi-ci prestat virtus quod



9. a-mí-ci : Póssumus es-se De-i grá-ti-a semper e-i.



10. ✠. Non ca-ro so-la ci-bo da-re vi-tam so-la ne-quíbo :

[121r.] 7. ✠. Non ca-ro so-la ci-bo da-re vi-tam so-la ne-quíbo :

8. So-láque quod néque-o do ca-ro juncta De-o. *℣.* Si cre-dis  
 cóme-dis si non si-ne lu-ce re-cé-dis : Hic ci-bus ergo vi-de  
 9. non ju-vat absque fi-de. *℣.* Cre-de De-um Chris-tum  
 pro-desse ci-bum da-bit is-tum : Qui ne-gat es-se De-um  
 10. mens ma-la perdet e-um. *℣.* Si ca-pis indígne te ju-dex  
 pú-ni-et igne : Qui digne cá-pi-unt hi be-ne pro-fí-ci-unt.  
 11. *℣.* Extra mortá-lem cul-pam si sis ca-pe ta-lem : Sanctó-  
 12. rum pa-nem non ci-bat ipse ca-nem. *℣.* Si ca-nis ad

[121v.]

vómi-tum ré-de-at criménque só-pi-tum : Exci-tet et

13. ré-vo-cet hinc ci-bus iste no-cet. *℣.* Lumbos cingé-tis

pé-di-bus te-guménta fe-ré-tis : Sint bá-cu-li má-ni-bus,

14. et va-let iste ci-bus. *℣.* Casta ca-ro mundum sic cor


cru-ce cónte-re mundum : Sú-me-re tunc pó-te-ris quo

15. be-ne pastus e-ris. *℣.* Quod te sanctí-fi-cet Chris-tus qui te

be-ne-dí-cet : Qui sic ac-cé-dis manna no-vum cóme-dis.

16. *℣.* Quo qui vescé-tur si vult nunquam mo-ri- é-tur : Cu- i


In festo Corporis Christi.



pri-mum vá-lu- it mórtu- us inde fu- it.

*In revertendo usque ad crucem dicatur [hoc responsorium modo quo sequitur].*<sup>954</sup> [120r.]  
1519:122r; Ant-1520:11r; Brev-1531:160v.<sup>955</sup>


Resp.  
III.




Espé-xit \* He-lý- as ad ca-put su- um subci-




ne-rí-ci-um pa- nem : qui sur-gens comé- dit et



bi- bit. †Et ambu-lá- vit in for-ti- tú-di-ne ci- bi



il-lí- us us- que. ‡Ad mon- tem De- i.



601997a.


℣. Si quis mandu-cá- ve-rit ex hoc pa-ne



vi-vet in e- tér- num. †Et ambu-lá- vit.

*Si necesse fuerit dicatur istum versiculum.*

In festo Corporis Christi.



[122v.] *V.* Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et




Spi- rí- tu- i Sancto. † Ad mon- tem.

*In introitu chori dicatur ista antiphona.*

1519:122v; Ant-1520:15r; Brev-1531:161v.<sup>956</sup>

Ant.  
V.i.

203576.



sacrum conví- vi- um \* in quo Christus súmi- tur :



re- có- li- tur memó- ri- a passi- ó- nis e- jus, mens implé- tur



grá- ti- a, et fu- tú- re gló- ri- e no- bis pignus da- tur.

800329. *V.* Panem de celo prestitisti eis.

*R.* Omne delectaméntum [in se habéntem].<sup>957</sup>

[*V.* Orémus.]

*Oratio.*

**D**eus qui nobis sub sacraménto mirábili passió- nis tue memó- riam reliquisti trí- bue quésumus : ita nos córporis et sá- nguinis tui sacra

misté- ria venerári : ut redemptió- nis tue fructum in nobis jú- giter senti- ámus. Qui vivis et regnas.




## ¶ *Dominica infra octavas.*

*Ubi habentur cum regimine chori<sup>958</sup> ad processionem. R̄. Respexit Helýas. 285.  
In introitu chori de sancta Maria.<sup>959</sup> 291.*

*I*N sabbatis per estatem scilicet a Trinitate usque ad adventum Domini : ad vespas post omnes memorias eat<sup>960</sup> processiones : ante crucem de quocunque fit servitium per medium chori ubi<sup>961</sup> duplex festum fuerit, ordinata prius processione ad gradum chori cum duobus ceroferariis, albis tantum indutis, et thuribulario in simili habitu sine cruce, deinde puer librum ferens ante sacerdotem in superpelliceo deinde executor officii in simili habitu cum cappa serica, post eum vero duo rectores<sup>962</sup> in medio processioni in simili habitu antiphonam in eundo et in introitu incipientes, choro sequente habitu non mutato.

[*Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.*]




¶ *Statio ad vespas ante crucem in sabbatis per estatem.*<sup>963</sup>

¶ *Tunc cantent unam istarum antiphonarum per ordinem.*

1523:123v; AS:424; Ant-1519-S:70v; Brev-1531-S:47v.<sup>964</sup>


4018.

Ant.  
III.i.



crux \* glo-ri-ó- sa, o crux a-do-ránda,

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.





o lignum pre-ci-ó- sum et admi-rá- bi- le  
sig-num per quod et dy-á- bo- lus est  
vic-tus : et mundus Chris- ti sán- gui- ne re-démptus,  
al-le- lú- ya.

*Et finiaturo cum Allelúya. qandocunque dicatur Allelúya.*


1519:123v; AS:428; Ant-1519-S:73v; Brev-1531-S:48v.

Ant.  
I.vi.




4019.  
cru x \* spléndi-di- or cunctis astris, mundo  
ce-lébris ho-mí-ni-bus multum a-má-bi- lis, sáncti- or  
u-ni- ver- sis, que so- la fu- ís- ti dig- na portá- re ta-


Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.



léntum mun-di, dulce lig-num, dulces cla- vos, dúlci- a



[124r.] fe-rens pón-de-ra : sal-va pre-séntem ca-térvam in tu- is



hó-di- e láudi-bus congre- gá-tam.

[Sequitur alia antiphona.]<sup>965</sup>


1519:124r; Ant-1520:17v; Brev-1531:171v.<sup>966</sup>

1962.


Ant.  
VI.



Rux fi-dé- lis \* inter omnes Arbor u- na



nó- bi-lis Nul- la silva ta- lem pro- fert Fronde flo- re




gér- mi-ne Dulce lignum dulces cla- vos Dúlci- a fe- rens



pón-de-ra Assis no-bis custó- di- a Contra i-

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.



nimí- ci já- cu- la.

*Statio post thurificationem crucifixi.*

℣. Adorámus te Christe et benedícimus tibi.

7936.

℟. Quia per sanctam crucem tuam [redemísti mundum].<sup>967</sup>

[℣. Orémus.]

*Oratio.*

**D**eus qui Unigéniti Fílii tui  
Dómini nostri Jesu Christi  
precióso sángine vivífice crucis  
vexillum sanctificáre voluísti : concéde

quésumus eos qui ejúsdem sancte  
crucis gáudent honóre, tua quoque  
ubíque protectióne gaudére. Per  
eúndem Christum.

*In introitu chori dicatur una istarum antiphonarum sequentium per ordinem tam in processione in sabbatis quam ad processionem ante missam in dominicis pro dispositione cantorís.*<sup>968</sup> [124v.]

1519:124v; AS:519; Ant-1520-S:105r; Brev-1531-S:130r.<sup>969</sup>


Ant.  
VIII.i.



E-á-ta De- i \* gé-ni-trix Ma-rí- a virgo perpé-tu- a :



templum Dómi-ni, sacrá-ri- um Spi- ri-tus-sáncti so-la



si-ne ex-émplo pla-cu- ís-ti Dómi-no Je- su Christo : o-

1563.


Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.



ra pro pópulo, intéve-ni pro cle-ro, intercéd-e pro de-

vó-to femí- ne- o se-xu.

*In tempore paschali.*




se-xu al-le-lú-ya.


1519:124v; AS:529; Ant-1519-C:49r; Ant-1520-C:49r; Brev-1531:171v.

1542.

Ant.  
VI.




- ve \* re-gí-na ce- ló- rum, a- ve dómi-na ange-



[125r.] ló- rum, sal-ve ra- dix sancta ex qua mundo lux est orta :




a-ve glo-ri- ó-sa su-per omnes spe-ci- ó- sa, va- le val-



de de-có-ra et pro no-bis semper Chris- tum ex-ó- ra.

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.


*In tempore paschali [ita finiatur].*<sup>970</sup>



ex-ó- ra al-le-lú-ya.


1519:125r; AS:529; Ant-1519-C:48v; Ant-1520-C:48v; Brev-1531:171v.

Ant.  
V.iii.




1356.


L- ma \* Re-demptó-ris ma- ter que pér-vi-




a ce-li por-ta ma- nens : et stel- la ma- ris succúrre ca-




dén- ti, súrge-re qui cu- rat pópu-lo : tu que ge-nu- ís-ti



na-tú- ra mi-rán- te tu-um sanctum Ge-ni- tó-rem vir-go



pri- us ac posté- ri- us Gabri- é- lis ab o-re, sumens il- lud




a-ve pecca-tó-rum mi-se-ré-re.

[125v.]

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.


*In tempore paschali [finitur cum].*




1519:125v; Ant-1519-C:50r; Ant-1520-C:50r; Brev-1531:171v.

4988.

Ant.  
VI.




Pe-ci- ó- sa \* fac-ta es et su- á- vis in de- lí-ci-




is vir-gi-ni-tá- tis sancta De- i gé-ni-trix : quam vi-dén-



tes fi-li- e Sy-on vernán- tem in fló-ri-bus ro- sá- rum et




lí- li- us convá- li- um, be- a-tís-si- mam pre- di- ca- vé- runt



et re- gí- ne lauda- vé- runt e- am.

*In tempore paschali [finitur cum].*




e- am al-le-lú-ya.



Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.

1519:125v; AS:528; Ant-1520-S:111v; Brev-1531-S:132v.


Ant.  
VII.i.



3160.

**Q** - bo mi- chi \* ad mon- tem mirre et ad col- lem


Lí- ba- ni et loquar spon- se me- e, to- ta spe- ci- ó- sa




es próx- i- ma me- a et má- cu- la non est in te : ve- ni a

[126r.]

Lí- ba- no ve- ni vé- ni- es et transí- bis ad mon- tem



Se- yr et Her- mon, a cu- bí- li- bus le- ó- num a món- ti- bus



le- o- par- dó- rum.

[Postea sequitur alia antiphona].<sup>971</sup>

1519:126r; AS:528; Ant-1520-S:112r; Brev-1531-S:132v.

6. Ant.  
VI.



4436.

**Q** uam pul- chra es \* et quam de- có- ra, ka- rís- si-

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.

ma in de- lí- ci- is. Sta-tú- ra tu- a assimi-lá-ta est  
 pal-me, et ú-be-ra tu- a bot-ris : ca- put tu- um ut car-  
 [126v.] mé-lus, col- lum tu- um si-cut turris e- búrne- a. Ve- ni  
 di-lécte mi, egre- di- ámur in ag-rum vi-de-á- mus  
 si flo- res fructus par-tú- ri- unt : si flo-ru-é-runt ma-la  
 pú- ni-ca, I- bi da-bo ti- bi ú- be-ra me- a al-le-lú-ya.

*Infra assumptionem et nativitatem beate Marie tam ad processionem ad vespas in sabbatis quam ante missam in dominicis dicatur una istarum antiphonarum.*

1519:126v; AS:490; Ant-1520-S:89v; Brev-1531-S:115v.

5162. Ant.  
 IV.i.



O-ta pulchra es \* amí-ca me-a, et má-cu-la non

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.

est in te : fa-vus dis-tíl-lans lá-bi- a tu- a, mel et lac sub  
lingua tu-a, o- dor unguentó-rum tu-ó-rum su-per  
ómni- a a-ró-ma-ta : jam e-nim hy-ems trán-si- it, ymber [127r.]  
á-bi- it et re-cés- sit, flo-res appa-ru-é- runt, ví-ne-e flo-  
réntes odó-rem de-dé-runt, et vox turtú-ris audí-ta est in  
ter-ra nostra, sur-ge pró-pe-ra a-mí-ca me-a, ve- ni de  
Lí-ba-no, ve-ni co-ro-ná-be-ris.

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.


1519:127r; AS:492; Ant-1520-S:91r; Brev-1531-S:105v.

200374.

Ant.  
VI.




S-céndit Christus \* su-per ce-los : et pre-pa-rá-vit



su-e castíssime ma-tri immorta-li-tá-tis lo-cum :




et hec est il-la preclá-ra festí-vi-tas ómni-um




[127v.]

sanctó-rum festi-vi-tá-ti-bus incompa-rá-bi-lis : in qua




glo-ri-ó-sa et fe-lix mi-rán-ti-bus ce-léstis cú-ri-e



ordí-ni-bus ad ethé-ri-um pervé-nit thá-lamum,



quo pi-a su-i mémo-rum ímmemor nequá-



quam ex-ístat.

Ante crucem in sabbatis post Trinitatem.

1519:127v; AS:491; Ant-1520-S:90r; Brev-1531-S:115v.

Ant.  
VII.i.



1418.


- nima me- a \* lique-fácta est ut di- léc-tus lo-cú-  
tus est, que-sí-vi et non invé-ni il-lum, vo-cá-vi et non  
respóndet michi : inve-né-runt me custódes ci-vi-tá-tis  
percussé-runt me et vulne-ra-vé-runt me, tu-lé-runt pál-  
li- um me-um custó-des mu-ró-rum : fí-li- e Hie-rú-  
sa-lem nunci- á-te di-léc-to qui- a amó-re lán-gue-o. [128r.]

*In tempore paschali.*

lán-gue-o al-le-lú-ya.

1519:128r; AS:492; Ant-1520-S:90v; Brev-1531-S:115v.

2155. Ant.  
VII.i.



Escé<sup>\*</sup>ndi in ortum me-um ut vi-dé-rem po-ma  
convál-li-um et inspí-ce-rem si flo-ru-íssent ví-ne- e : et  
germi-nássent ma-la Pú-ni-ca. Re-vérte-re, re-vérte-re Su-ná-  
mi-tis : re-vérte-re, re-vér- te-re ut intu-e-ámur te.  
*In tempore paschali.*  
te al-le-lú-ya.

800385. *V.* Sancta Dei génitrix [virgo semper Maria].<sup>972</sup>

*R.* Intercéde [pro nobis ad Dóminum Deum nostrum].<sup>973</sup>

*Ad processionem ante missam. V.* Post partum [virgo].<sup>974</sup> *R.* Dei génitrix. 44. *et semper cum hac oratione.*

[*V.* Orémus.]

*Oratio.*

**C**oncède quésumus omnipotens  
et miséricors Deus fragilitáti  
nostre presidium : ut qui sancte Dei  
genitricis et vírginis Maríe comme-

moratió<sup>n</sup>em ágimus : intercessió<sup>n</sup>is  
ejus auxílio a nostris iniquitátibus  
resurgámus. Per eúndem Dóminum.  
*vel* [Per]<sup>975</sup> eúndem Christum [Dó-

minum nostrum].<sup>976</sup>

¶ *Sabbato vero infra octavas assumptionis et nativitatis beate Marie dicatur in introitu chori de omnibus sanctis ant. Salvator mundi. 315. cum versu Letámini in Dómino. 316. et cum oratione Infirmítatem. 316.*


¶ *Omnibus dominicis ab octavis sancte Trinitatis usque ad adventum Domini.*

[128v.]


*Quando fit plenum servitium de dominica ad processionem ante missam dicatur unum istorum responsoriorum sequentium per ordinem de Trinitate quando ad matutinas exeat processio et redeat ut in dominica j. adventus ut supra dictum est.*

1519:128v; AS:288; Ant-1520:3v; Brev-1531:157v.<sup>977</sup>


Resp. I.




6240.



Ene-dí- cat \* nos De- us De- us nos- ter :




be-ne-dí-cat nos De- us. †Et mé-tu-ant e- um om-




6240a.


nes fi-nes ter- re. ✠. De- us mi-se-



re-á- tur nostri et be-ne-dí-cat nos De- us. †Et mé-tu- ant.



✠. Gló-ri- a Pa-tri et Fí- li- o : et Spi-rí- tu- i



Sancto. †Et mé-tu-ant.

[Item sequitur aliud responsorium.]<sup>978</sup>


1519:128v; AS:288; Ant-1520:3v; Brev-1531:157v.<sup>979</sup>

6249. Resp. II.




**B**ene-díctus \* Dómi-nus De- us Is-ra-el

[129r.] qui fa- cit mi-ra-bí-li-a so-lus. †Et be-  
ne-díc-tum no-men ma-jestá-tis e- jus. ‡In




6249a. e- tér- num. ∷. Replé- bi-tur ma-jestá-te e-jus

omnis ter-ra, fi- at fi- at. †Et be- ne-



díc-tum. ∷. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-



tu- i Sancto. ‡In e- tér- num.



[Postea sequitur aliud responsorium.]<sup>980</sup>

1519:129r; AS:289; Ant-1520:4r; Brev-1531:158r.

Resp.  
III.



Uis De-us \* mag-nus si-cut De- us nos-

7498.

ter. †Tu es De- us. ‡Qui fa- cis mi-ra-

[129v.]

bí- li- a. ⁊. No- tam fe-cís-ti in pópu-lis vir-

7498a.

tú-tem tu- am : re-de-mís-ti in bráchi-o tu-o pó-

pu-lum tu- um. †Tu es. ⁊. Gló- ri- a Pa-tri et

Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc- to. ‡Qui fa- cis.

[Item sequitur aliud responsorium.]<sup>981</sup>

1519:129v; AS:289; Ant-1520:4v; Brev-1531:158r.<sup>982</sup>

Resp.  
IV.



Ag- nus \* Dó- mi-nus et magna vir-tus


7117.

7117a. e- jus. †Et sa-pi-énti- e e- jus non est  
nú- me- rus. ⁊. Magnus Dómi-nus et  
[130r.] laudá-bi-lis ni- mis : et magni-tú-di-nis e-jus non  
est fi-nis. †Et sa-pi-énti- e. ⁊. Gló-ri- a  
Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.  
†Et sa-pi-énti- e.

[Item sequitur aliud responsorium.]<sup>983</sup>

1519:130r; AS:290; Ant-1520:4v; Brev-1531:158r.<sup>984</sup>

6777. Resp.  
V.  Ló-ri- a Pa-tri \* ge-ni-té-que Pro- li Et



ti-bi compar utri- úsque sem-per Spí- ri-tus al-  
me De-us u- nus. †Om-ni tém- po-re  
sec- li. ✠. Da gaudi- ó-rum prémi- a, Da gra-ti- á-rum  
mú-ne- ra : Dissólve li-tis víncu-la, Astrín-ge pa-cis  
fé- de- ra. †Om-ni. ✠. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o :  
et Spi- rí-tu- i Sanc- to. †Om-ni.

6777a.

[130v.]


[Postea sequitur aliud responsorium.]<sup>985</sup>

1519:130v.

Resp.  
VI.



Onor. 279. ✠. Gló- ri- a Pa- tri et Fí-li- o :



et Spi- rí- tu- i Sanc- to. †In pe- rén- ni.

[Postea sequitur aliud responsorium.]<sup>986</sup>

II *In festo Sancte Trinitatis.*

1519:130v; AS:291; Ant-1520:5v; Brev-1531:158v.<sup>987</sup>

7764. Resp. VII.




I-bi laus \*ti-bi gló- ri- a : ti-bi gra-ti- á-  
rum ác- ti- o. †In sé-cu-la sem-pi- tér- na o  
7764a. be- á- ta Trí-ni- tas. ✠. Et be-ne-díctum nomen  
[131r.] gló-ri- e tu- e sanctum et laudá-bi-le et su- per-  
ex-al- tá-tum. †In sé-cu-la. ✠. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :  
et Spi-rí- tu- i Sancto. †In sé-cu-la.

[Deinde sequitur aliud responsorium.]<sup>988</sup>

1519:131r; AS:292; Ant-1520:6r; Brev-1531:158v.

8. Resp.  
VIII.



6239.


**E**ne- di- cámus \* Pa-trem et Fí-li- um cum



Sancto Spí- ri-tu, laudé- mus et su-per-ex-al- té- mus




e- um. †In sé- cu-la.



6239a.

℣. Be-ne-díc-tus es Dómi-ne in firma-ménto ce- li :



et laudá-bi-lis et glo-ri-ó- sus. †In. ℣. Gló-ri- a





Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu-i Sanc-to. †In.

[Item aliud responsorium Summe Trinitáti. et cetera.]<sup>989</sup> Require [ut supra]<sup>990</sup> in [131v.] festo Sancte Trinitatis. 277.

Et semper tunc post ℣. ante crucem in ecclesia dicatur una istarum antiphonarum de cruce et si de aliquo festo fit processio, licet ad vespas in sabbato processio ante crucem facta non fuerit nisi tantum aliquod festum duplex in ipsa dominica contigerit.

1519:131v; AS:533; Ant-1520-S:117r; Brev-1531-S:137v.

1292. Ant.  
IV.i.



- do-rémus \* cru-cis signá-cu-lum, per quod sa-lú-  
tis sumpsimus sa-craméntum.

[*Item sequitur alia antiphona.*]<sup>991</sup>

1519:131v; AS:532; Ant-1520-S:117r; Brev-1531-S:137v.<sup>992</sup>

4690. Ant.  
V.



Alvá-tor \* mundi salva nos qui per cru-cem et sán-  
gui-nem re-de-mís-ti nos, auxil-li- á-re no-bis, te depre-  
cá-mur De-us noster.

8088. *V.* Hoc signum crucis erit in celo.  
*R.* Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

[*V.*] Orémus.

*Oratio.*

**A**Desto nobis Dómine Deus  
noster et quos sancte crucis  
letári facis honóre : ejus quoque

perpétuis defénde subsidiis. Per  
Christum Dóminum nostrum.  
[Amen.]<sup>993</sup>

*Deinde dicantur preces consuete ut supra in dominica prima adventus Domini. Quibus dictis, dicatur in introitu chori una ex istis per ordinem de sancta Maria antiphona. Beáta Dei génitrix. 291. Ave regína celórum. 292. Alma redemptóris mater. 293. Speciósá facta est. 294. Ibo michi ad. 295. Quam pulchra. 295. Infra [octavis] assumptionem beate Marie [usque ad nativitatem ejusdem]<sup>994</sup> dicatur una istarum antiphonarum. Tota pulchra es. 296. Ascéndit Christus. 298. Anima mea. 299. Descénderi in hortum. 300. V̄. Post partum. 44. Et semper cum hac oratione [scilicet]<sup>995</sup> Concéde quésumus miséricors Deus. ut supra 50. : que terminetur sic, Per [132r.] eúndem [Dóminum. vel eúndem Christum].<sup>996</sup>*

## ¶ *In dedicatione ecclesie.*


*Eat processio sicut in die penthecostes circumeundo ecclesiam et claustrum, tres clerici de superiori gradu in medio processionis in cappis sericis dicant prosam sequentem hoc modo.*

1519:132r; GS: 173; Rylands-24:287.<sup>997</sup>

Prosa.  
III.




Al-ve festa di-es to-to ve-ne-rá-bi-lis e-vo :



Qua sponso spon- sa júngi-tur ecclé-si- a.

*Chorus idem repetat post unumquemque versum.*




1. ¶. Hec est aula De- i pa-cis lo-cus et requi-é- i :



2. Hinc in-é-unt ín-opes ad Sa-lomó-nis opes. ¶. Fí-li- us




il-le Da-vid qui nos si-bi conso-ci- á-vit : Hac in ma-tre



3. domo et De-us est et homo. ¶. Cópula ce-lés-tis vos spi-





ri-tu-á-li-ter es-tis : Sic servándo fi-dem esse vé-li-tis



4. i-dem. *℣.* Urbs no-va Hie-rú-sa-lem des-céndens spi-ri- [132v.]



tu-á-lem : At-tu-lit orná-tum lu-cis ab arce da-tum.




5. *℣.* Hunc fi-de- i fruc-tum sa-cro bap-tismá-te duc-tum : Da



6. Rex Jus-tí-ci-e cé-li-tus ecclé-si-e. *℣.* Firma Da-vid tur-



ris, huc si pe-de pró-pe-re cur-ris : Invé-ni-es in e-a



7. pignó-ra sy-dé-re-a. *℣.* Hec est archa No-e cre-dénti-




bus auxi-li-á-trix : Que ve-hit ad portum quos ve-hit un-

In dedicatione ecclesie.

8. da ma-ris. *℣.* Hec est sca-la Ja-cob per quam conscénde-re  
 ce-lum : Cre-dénti pópu-lo dat bo-na vi-ta po-lum.

**C** *In introitu chori dicatur hoc responsorium [sequens].*<sup>998</sup>  
 1519:132v; AS:pl. p; Ant-1520:58v; Brev-1531:215v.<sup>999</sup>

7763. Resp. I.  Er- rí-bi-lis \* est lo-cus is- te, non est  
 [133r.] hic á- li- ud ni-si domus De- i et porta ce-li.  
 †Ve- re é- te-nim Dómi-nus est in lo-  
 co is- to, ‡Et e-go nes- ci- é- bam.  
*In tempore paschali [dicitur].*<sup>1000</sup>

7763a. Al-le- lú- ya. *℣.* Cumque e-vi-gi-lás-set

In dedicatione ecclesie.

Ja- cob qua-si de gra-vi som- no :  
a- it. †Ve- re.

¶ *Hac die non dicatur Glória Patri.*

℣. Beáti qui hábitant in domo tua Dómine.

7960.

℟. In sécula seculórum laudábunt te.

[℣. Orémus.]

*Oratio.*

**D**Eus qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem : et sacris semper mystériis representas incólumes, exáudi preces pópuli tui et

presta : ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur : cuncta se impetrásse letétur. Per Christum Dóminum.

¶ *Dominica vero infra octavas*<sup>1001</sup> *si dominica fuerit ad processionem Resp. Terríbilis. 312. cum versu Cumque evigilásset. ut supra et cum Glória Patri. et [cum]<sup>1002</sup> *†Et ego.*<sup>1003</sup> *In paschali tempore cum Allelúya.**

[133v.]


*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ In vigilia sancti Andree apostoli.


*Si hoc festum infra adventum Domini vel extra contigerit : fiat processio ad j. vespas post omnes memorias que habentur ad altare sancti Andree si habeatur, cum ceroferariis et thuribulario a puero librum deferente ante sacerdotem sine cruce, choro sequente habitu non mutato cantando R̄. rectoribus incipientibus cum suo versu, itaque rectores chori incipiant R̄. hoc modo.*

1519:133v; AS:350; Ant-1519-S:6r; Brev-1531-S:3v.<sup>1004</sup>


7899. Resp. IV.



Ir is- te \* in pópu-lo su- o mi-tíssi-mus




ap- pá-ru- it, sancti-tá-te au- tem et grá- ti- a




ple- nus, iste est qui assí-du- e o- rat.


7899a.



†Pro pó- pu- lo et pro ci-vi-tá-te is- ta. R̄. Pro



e-o ut me di-lí-ge-rent detra-hé-bant mi- chi :



e-go autem o-rá- bam. †Pro pó- pu- lo.

[134r.] Non dicatur Glória Patri.

*Dum V̇. canitur thurificet sacerdos altare illud deinde ymaginem sancti Andree et postea dicat V̇. In omnem [terram exivit sonus eorum].<sup>1005</sup>*

8097.

*Ṙ. Et in [fines orbis terre verba eorum].<sup>1006</sup>*

[V̇. Orémus.]

*Oratio.*

**M**Ajestátem tuam quésumus  
Dómine suppliciter exorámus :  
ut sicut ecclésie tue beátus Andréas  
éxtitit predicátor [et rector]<sup>1007</sup> : ita

apud te sit pro nobis perpétuus  
intercésor. Per Christum Dóminum  
nostrum.

*Nec precedat nec subsequatur Dóminus vobiscum. sed tantum cum Orémus. ante orationem.*

*Cum vero oratio Majestátem. dicatur ad j. veperas tunc ad processionem dicatur ista oratio.*

**Q**Uésumus omnipotens Deus : ut  
beátus Andréas apóstolus tuum  
pro nobis implóret auxiliium : ut [a

nostris reátibus absolúti]<sup>1008</sup> a cunctis  
étiam perículis eruámur. Per  
Christum.

*In redeundo extra adventum de sancta Maria. Infra adventum vero dicatur ista antiphona de omnibus sanctis.*

1519:134r; AS:543, 579; Ant-1520-S:155r; Brev-1531-S:79r.<sup>1009</sup>

Ant.  
I.v.




Alvá-tor \* mundi salva nos omnes, sancta

De- i gé-ni-trix virgo semper Ma-rí- a o- ra pro no-bis :

pré- ci- bus quoque sanctó- rum a- posto- ló- rum má- rty- rum,

4889.



et confessó-rum atque sanctá-rum vírgi-num supplí-ci-ter  
 pé-timus, ut a ma-lis ómni-bus ex-u-á-mur, bo-nís-  
 que ómni-bus nunc et semper pér-fru- i me-re- á-mur.

8120. *V.* Letámini in Dómino et exultáte justi.

*R.* Et glorámini [omnes recti corde].<sup>1010</sup>

[*V.* Orémus.]

*Oratio.*

**I**nfirmítatem nostram quésumus  
 Dómine propícus réspice, et  
 mala ómnia que juste merémur

ómnium sanctórum tuórum  
 intercessióne avérte. Per Dóminum  
 [nostrum].<sup>1011</sup>

**¶** *Et eat processio in omni festo sanctorum ad j. vespas post memorias que habentur semel per annum quorum altaria sunt in ecclesia cum propriis responsoriis vel de communi cum V. et oratione de sanctis : ita tamen quod quando oratio de vigilia dicitur ad primas vespas ut supra diximus : tunc ad processionem dicatur oratio de die. Similiter quando oratio de festo dicatur ad j. vespas tunc ad processionem dicatur oratio de communi : nisi quando de festo propria habeatur : ut in festo sancti Nicolai et consimilibus. Et semper in revertendo dicatur de sancta Maria : nisi quando de ea ad vespas prius fuerit memoria tunc enim dicatur de omnibus sanctis. In revertendo ut supra notatum est.*

## ♩ *In die sancti Nicolai.*

*Ad j. vespas post memorias dictas eat processio ad altare ejusdem cum ceroferariis et thuribulario, [et]<sup>1012</sup> puero librum deferente ante sacerdotem, sine cruce, choro sequente habitu non mutato, cantando [responsorium sequens cum suo versu sine prosa].<sup>1013</sup>*

1519:134v; AS:359; Ant-1519-S:14r; Brev-1531-S:7r.<sup>1014</sup>


Resp.

I.




X e-jus tumba \* mar-mó-re- a sac-rum re-sú-


6679.



dat ó-le- um : quo li-ní- ti sa- nán- tur ce- ci.




†Surdis audí- tus ré-d- di-tur. ‡Et dé- bi- li quis-




que sos- pes regré- di- tur. [135r.]

*Cum suo V. sed sine prosa in hac processione.*




6679a.

V. Ca-tervá-tim ru- unt pópu- li, cér-ne-re cu-pi-



én- tes : que per e-um fi- unt mi- ra-bí- li- a.

In conceptione beate Marie virginis.



†Surdis audí- tus réd- di-tur. Et dé- bi- lis quis- que.

*Non dicatur Glória Patri.*

8164. [Dum]<sup>1015</sup> *℣. canitur thurificet sacerdos altare, deinde ymaginem sancti Nicolai et postea dicat ℣. sic. Ora pro nobis, beáte Nícholáe.*

*℟. Ut digni efficiámur [promissionibus Christi].*<sup>1016</sup>

[*℣. Orémus.*]

*Oratio.*

**D**eus bonitátis auctor et bonórum dispensátor : concéde propítius : ut qui beáti Nicolái confessóris tui atque pontíficis

sollémnia venerámur : ejus patrocínio atque suffrágio, majestátis tue propitiatiónem consequámur. Per Christum Dóminum.

*In redeundo ut supra. ℣. Letámini in Dómino. 316. Oratio. Infirmítatem nostram. 316.*

## ¶ *In conceptione beate Marie virginis.*

*Omnia fiant sicut in nativitate 369. verbis tamen mutatis in Conceptione.*

[135v.] *Si festum alicujus sancti ix. lectionum ab octavis epiphannie usque ad lxx. vel ab octavis pasche usque ad penthecostes*<sup>1017</sup> *et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini in dominica contigerit, fiat servitium de ipso festo cum ix. responsorio communis historie vel cum aliquo responsorio de historia ipsius festi si propria habeantur. In revertendo scilicet in introitu chori dicatur aliqua antiphona vel ℟. de sancta Maria cum versu et oratione que tempori convenient. Tamen si fuerit festum majus duplex alicujus sancti, tam in eundo et in introitu chori totum fiat de sancto. Dominica vero infra octavas assumptionis et nativitatis beate Marie si dominica fuerit, in eundo dicatur de sancta Maria, et in introitu chori de omnibus sanctis antiphona Salvátor mundi. 315. ℣. Letámini in Dómino. 316. Oratio. Infirmítatem nostram. 316. Quando vero antiphona Salvátor mundi. dicatur ad vespas tunc ad processionem ante missam dicatur hec antiphona*



Sanctorum Fabiani et Sebastiani martyrum.

*sequens hoc modo.*

1519:135v; AS:543; Ant-1520-S:40v; Brev-1531-S:79r.<sup>1018</sup>

Ant.  
VII.i.



E glo-ri-ó-sus \* a-posto-ló-rum cho-rus, te pro-  
phe-tá-rum lau-dá-bi-lis nú-me-rus, te má-rty-rum candi-  
dá-tus lau-dat ex-érci-tus, te omnes e-léc-ti vo-ce  
confi-tén-tur u-ná-nimes be-á-ta Trí-ni-tas u-nus De-us.

*cum versiculo et oratione predictis de omnibus sanctis [ut supra].<sup>1019</sup> 316.*

¶ *Sanctorum Fabiani et Sebastiani  
martyrum.*

*Si in dominica fuerit ad processionem [dicatur responsorium sequens].<sup>1020</sup>*

1519:135v; AS:370; Ant-1519-S:23r; Brev-1531-S-S:15r.<sup>1021</sup>

Resp.  
VII.



- lé-git \* Dó-mi-nus vi-rum de ple-

6647.

Sanctorum Fabiani et Sebastiani martyrum.

be, et cla-ri-tá-tem vi-si-ó-nis e-térne de-dit

[136r.] il- li : ce-lebrémus sollemni-tá- tem Se- bas-

ti- á- ni már- ty- ris. †Gáu-di- um sit in ce- lo.

‡Et in ter- ra pax in homí-ni- bus bo- ne vo-

6647a. lun- tá- tis. ✠. Be- á- tus es et be- ne ti- bi e-

rit e- gré- gi- e De- i mar- tyr Se- bas- ti- á- ne.

†Gáu- di- um.

[✠] Glória Patri [et Fílio et Spirítui Sancto].<sup>1022</sup> 425. ‡Et in terra.

[Post versum, si necesse fuerit, quotienscunque dicitur responsorium ad processionem, dicitur Glória Patri. per totum annum extra passionem Domini, nisi cum dicitur responsorium in introitu chori.]<sup>1023</sup>


In introitu chori de sancta Maria. 50.

## ¶ *Sancti Agnetis virginis et martyris.*

*Si dominica fuerit ad processionem [dicatur responsorium sequens].*<sup>1024</sup>

1519:136r; AS:373; Ant-1519-S:26r; Brev-1531-S:15v.<sup>1025</sup>


Resp.  
VI.




6955.



N-du- it me \* Dó-mi- nus vestimén-to sa-



lú- tis, et indumén-to le-tí- ci- e cir-cúnde- [136v.]



dit me. †Et tanquam sponsam de-co-rá- vit me




6955b.

co- ró- na. [V]. Trá-di-dit áuri-bus me- is in-estimá-



bi-les marga- rí- tas : et circúnde-dit me vernánti-bus at-



que cho-ruscán-ti-bus gem-mis. †Et tanquam.

[V] Glória. 425. †Et tanquam.

*In introitu chori de sancta Maria [cum versu et oratione que tempori conveniunt].*<sup>1026</sup>

50.

☩ [In die]<sup>1027</sup> sancti Vincentii.

Si dominica fuerit ante lxx. fiat processio sicut in j. dominica adventus. Ad processionem dicatur [hoc]<sup>1028</sup> ℞. sequens.

1519:136v; AS:384; Ant-1519-S:33v; Brev-1531-S:19r.<sup>1029</sup>

Resp. I. sar0658.



Re-ci- ó-sus \* martyr Vin- cén- ti- us

jus-su ty-rán- ni ad lec-tum de-fértur, no-vis dé- nu-

[137r.] o sup-plí-ci- is subdén- dus. †Mox ergo Chris-ti

tes-tis invíc-tus in stra- tu mol-lí-ci- e re-pó-si- tus,

pre-ci- ó- sam in mor- tem re-so-lú- tus. ‡Réd- di- dit

sar0658a. ce-lo spí- ri- tum. ℞. Da-ci- á- no frustra

In conversione sancti Pauli.



co-gi-tante de supplí-ci- o : be-nígnus De-us pi- e dis-  
pó-nit de pré- mi- o. †Mox ergo.    ✠. Gló-ri- á- Pa-  
tri et Fí-li- o : et Spi- rí-tu- i Sancto. ‡Réd- di-dit.


*In introitu chori de sancta Maria. 50.*

**C** *In conversione sancti Pauli.*

*Si dominica fuerit ad processionem dicatur R. sequens.*

1519:137v; AS:393; Ant-1519-S:40v; Brev-1531-S21r.<sup>1030</sup>

Resp.  
I.




**C** E-le- bré-mus \* con-ver- si-ó- nem sancti  
Pauli a- pósto- li. †Qui- a hó-di- e ex perse-cu-  
tó- re ef-féc- tus est vas e-lec- ti-ó- nis.


6272.  
[137v.]

In conversione sancti Pauli.

6272a.



✠. Gaudent ánge-li et ex-úl-tant achánge- li : et col-láu-




dant in ce-lis Fí- li- um De- i. †Qui- a hó-di- e.  
[✠.] Glória Patri [et Fílio et Spirítui].<sup>1031</sup> 424. †Quia.

*In introitu chori de sancta Maria. 50.*

## *In purificatione beate Marie.*

*Cantata hora sexta fiat benedictio luminis solemniter a pontifice vel a sacerdote cappa serica induta cum aliis indumentis sacerdotalibus : et super supremum gradum altaris converso ad australem<sup>1032</sup> sic incipiente.*

¶ *Sequitur statio.*




[138r.]


¶ *Statio dum benedicuntur candele [luminaria]<sup>1033</sup>  
in die purificationis [beate Marie].<sup>1034</sup>*

In purificatione beate Marie.

1519:138r; Grad-1508-S:378; Missal-1513-S:10v.




Dómi-nus vo-bíscum. *Chorus.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



℣. O-rémus.

**B**ene $\times$ dic Dómine Jesu Christe  
hanc  $\times$  creatúram cere suppli-  
cántibus nobis et infúnde ei per  
virtútem sancte crucis  
bene $\times$  <sup>1035</sup> dictionem celéstem : ut  
qui eam ad repellándas ténebras  
humáno úsui tribuísti, talem  
signáculo sancte crucis tue


fortitúdinem et benedictiónem  
accípiat : ut quibuscúnque locis <sup>[138v.]</sup>  
accénsa sive appósita fúerit, discédet  
diábolus et contremíscat et fúgiat  
pállidus cum ómnibus mínistis suis  
de habitaciónibus illis nec presúmat  
ámplius inquietáre *et fíniatur*  
[*benedictio*] <sup>1036</sup> sic



servi-éntes ti-bi. Qui cum De-o Pa-tri et Spí-ri-tu Sancto



vi-vis et regnas De-us. Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.



℣. Amen.

*Et dicantur omnes orationes cum Orémus. sub eodem tono. Non dicatur Dóminus vobíscum. nisi ante primum orationem tantum.*

Orémus.



*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnipotens  
 etérne Deus qui ómnia ex níhilo  
 creásti et jussu tuo per ópera apum  
 hunc liquórem ad perfectiónem cere-  
 órum veníre fecísti : ut <sup>1037</sup> qui  
 hodiérna die petitióem justi Syme-  
 ónis implésti : te humíliter depre-  
 cámur, ut has cándelas ad usum  
 hóminum [et] <sup>1038</sup> sanitátem  
 córporum et animárum preparátas :  
 sive in terra sive in aquis per  
 invocatióem sanctíssimi nóminis tui  
 et per intercessiόem sancte Marie  
 [semper] <sup>1039</sup> vírginis : cujus hódie

fasta devóte celebrántur et per preces  
 ómnium sanctórum tuórum bene-  
 dícere et sanctifi[ca]re <sup>1040</sup> cáre dignéris :  
 ut et hujus plebis tue que illas  
 honorífice in mánibus portáre  
 desíderat, teque laudádo exultáno  
 exáudias voces de celo sancto tuo et  
 de sede majestátis tue, et propítius sis  
 ómnibus clamántibus ad te quos  
 redemísti pretiόso ságuine Fílii tui.  
 Qui tecum et cum Spírиту Sancto vivit  
 et gloriátur Deus. Per ómnia sécula  
 seculórum. [V.] Amen.

Orémus.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempitérne Deus  
 qui hodiérna die Unigénitum  
 tuum ulnis sancti Symeónis in templo  
 sancto tuo suscipiéndum presentári  
 voluísti : tuam súplices deprecámur  
 cleméntiam ut hos céreos, quos nos  
 fámuli tui in tui nóminis  
 [139r.] magnificéntia suscipiéntes gestáre

cúpimus luce accénsos bene-  
 dícere et sancti-  
 ficáre atque lúmine supérne  
 benedictiόnis accéndere dignéris  
 quátinus eos tibi Dómino Deo nostro  
 offeréndo digni et sancto igne  
 dulcíssime tue claritátis succénderi in  
 templo sancto glórie

1519:139r; Missal-1513-S:11r. <sup>1041</sup>




tu-e repre-sentá-ti me-re-ámur. Per e-úndem Dómi-num



nostrum Je-sum Christum Fí-li-um tu-um qui te-cum


In purificatione beate Marie.




vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us.



Er ómni-a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R.* Amen.




*V.* Dómi-nus vo-bís-cum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



*V.* Sur-sum corda. *R.* Ha-bémus ad Dómi-num.




*V.* Grá-ti-as a-gámus Dómi-no De-o nostro. *R.* Dig-num



et justum est. *V.* Ve-re dig-num et justum est equum et



sa-lu-tá-re : nos ti-bi semper et u-bíque grá-ti-as á-ge-re




[139v.] Dómi-ne sancte Pa-ter omní-po-tens e-térne De-us fons et



ó-ri-go tó-ti-us lúmi-nis qui mundum il-lustrásti lúmi-ne

In purificatione beate Marie.




tu-e cla-ri-tá-tis mitténdo no-bis Uni-gé-ni-tum tu-um




per ú-te-rum inteme-rá-te vír-gi-nis. Et quem longe ante



promí-ssum prophe-tá-rum o-rá-cu-lis tempó-ri-bus no-ví-ssi-




mis mi-sís-ti lu-cem pó-pu-lis se dénti-bus in té-nebris.




Te ergo Dómi-ne depre-cámur ut has cánde-las nómi-ni




tu-o pre-pa-rá-tas tu-a be-ne-dic-ti-óne digné-ris



be-ne- ✠ -dí-ce-re qui nos transtu-lís-ti a po-testá-te




te-nebrá-rum in lu-cem di-lécti Fí-li-i tu-i et regnum. [140r.]




Per quem ex-órtum est in té-nebris lumen rectis corde et

In purificatione beate Marie.



gáudi- um sa-lú-tis e-térne. Et qui justí Syme-ó-nis  
implésti expecta-ti-ónem ut non pri- us ví-de-ret mortem  
quam e-júsdem Chris-ti Fí-li- i tu- i vi-sí-bi-lem incarna-ti-  
ónem tó-ti- us mundi lumen et sa-lú-tem nos lúmi-ne  
tu- e cla-ri-tá-tis sic réple-as ut omnes infi-de-li-tá-tis  
té-nebras a no-bis re-pél-las, et si-cut servum tu-um  
hó-di- e dimi-sís-ti in pa-ce : sic nos in pa-ce ecclé-si- e  
[140v.] tu- e sancte digné-ris gu-berná-re ad portum qui- é-tis  
e-térne va-le- ámus intrá-re. Quá-ti-nus rá-di- is ve-re lu-cis

In purificatione beate Marie.




perfú-si i-bi in di-e ex-ámi-nis le-ti cum hymní-di-cis  
ange-ló-rum cho-ris va-le-á-mus vi-dé-re fá-ci-em inde-  
féssi so-lis.

*Hic mutet vocem suam quasi legendo sic.* Qui tecum vivit et regnat in unitate  
Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum amen.

*Hic aspergantur candelae aqua benedicta, et thurificet. Deinde sequantur [he due  
orationes super aliquo cereo accenso cum]*<sup>1042</sup>

1519:140v.



Dómi-nus vo-biscum. *℞.* Et cum spí-ri-tu tu-o.  
*℞.* O-rémus.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnipotens  
lumen indeficiens qui ea  
cónditor ómni-um lú-minum :  
bé-ne-dic hoc lumen tuis fidélibus in  
honórem nó-minis tui portándum :  
quátenu-s a te sanctificáti atque  
benedicti lú-minis tue claritátis  
accendámur et illuminémur : et

propítius concédere dignéris, ut velúti  
eódem igne quondam illuminásti  
Móysen fámulum tuum : ita illú-mines  
corda nostra et sensus nostros,  
quátinus ad visiónem etérne claritátis  
perveníre mereámur. Per Christum  
[Dóminum].<sup>1043</sup>

[*Alia oratio cum Orémus.*]<sup>1044</sup>


[141r.] **M**nipotens sempitérne Deus :  
qui Unigénitum tuum ante  
témpora de te génitum, sed tem-  
poráliter de María vírgine incarnátum  
lumen verum et indeficiens ad  
repelléndas humáni géneris ténébras

et ad incendéndum lumen fidéi et  
veritátis misisti in mundum : concéde  
propítius : ut sicut extérius corporáli  
ita et <sup>1045</sup> intérius luce spirituáli  
irradiári mereámur. Per eúndem  
Christum [Dóminum nostrum].<sup>1046</sup>

**¶** *His dictis sacerdos cum suis ministris descendat ad gradum [chori]<sup>1047</sup> et si episcopus  
presens fuerit officium exsequatur et in sedem suam se recipiat. Deinde accendantur  
candle et distribuantur cantore incipiente hanc antiphonam sequentem hoc modo.*

Rylands-24:329; 1519:141r; GS:180; Grad-1508-S; Missal-1513-S:12r.

3645. Ant.  
VIII.ii.



**L**umen ad re-ve-la-ti-ónem génti-um et gló-ri-am  
ple-bis tu-e Isra-el. *Ps.* Nunc dimít-tis servum tu-um

Dómi-ne : se-cúndum verbum tu-um in pa-ce.

*Repetatur antiphona post unumquemque versum.*

Quia vidérunt óculi mei : salutáre  
tuum.

Quod parásti : ante fáciem ómnium  
populórum.

Lumen ad revelatióem géntium :  
et glóriam plebis tue Israel.

Glória Patri.

Sicut erat.

*Si necesse fuerit, reincipiatur psalmus cum antiphona. Deinde eat processio sicut in die  
nativitatis Domini singuli clerici cum cereis ardentibus in manibus suis. Adjecto quod  
unus sacristarum <sup>1048</sup> in superpellicio post thuribularium ante subdiaconum deferat  
cereum cum aliis benedictum usui benedictionis fontium in vigiliis pasche et penthecostes  
specialiter reservatur, cantore incipiente [antiphonam].<sup>1049</sup>*

In purificatione beate Marie.

Rylands-24:329; GS:180; pl. i.; 1519:141r.<sup>1050</sup>

Ant.

I.



- ve \* grá- ti- a ple- na De- i gé- ni-  
trix vir- go ex te e- nim or- tus est Sol Jus- tí-  
ci- e il- lúmi- nans que in té- ne- bris sunt le- ta-  
re tu sé- ni- or jus- te suscí- pi- ens in ul- nas li- be-  
ra- tó- rem a- nimá- rum nos- trá- rum do- nán- tem no- bis  
et re- surrec- ti- ó- nem.

200456.

[141v.]

[Postea sequitur alia antiphona.]<sup>1051</sup>

Rylands-24:329; GS:180; pl. i.; 1519:141v.<sup>1052</sup>

Ant.

VI.



- dór- na \* thá- lamum tu- um Si- on et sús-

1293.

In purificatione beate Marie.




sci-pe re-gem Chris- tum amplécte-re Ma- rí- am



[142r.] que est ce-lés- tis por- ta ipsa e-nim por- tat re-gem




gló-ri- e no-vo lú-mi-ne subsis-tit vir-go addú-cens



in má-ni-bus Fí- li-um an-te lu-cí- fe- rum quem



accí-pi- ens Sýme-on in ulnas su- as pre-di-cá-vit



pópu- lis Dó- mi-num De- um es-se vi- te



et mortis et salva-tó-rem mun- di.

*Postea sequitur Responsorium.*<sup>1053</sup>

GS:pl. i.; Rylands-24:329; 1519:142r.<sup>1054</sup>

7537.

Resp.  
V.



Espón-sum \* accé-pit Sý-me-on a Spí- ri- tu




In purificatione beate Marie.




Sancto non vi-sú- rum se mor-tem ni-si vi-dé-ret



Christum Dó-mi-ni et cum indú-ce-rent pú-e-rum [142v.]



in templo accé-pit e-um in ulnas su-as et



be-ne-díx-it De- um et dix-it. †Nunc dimít-tis




Dó- mi-ne servum tu- um in pa-ce.


*Tres clerici seniores in pulpito conversi ad populum in cappis sericis simul cantant hunc versum.*



∞. Hó-di-e be-á-ta virgo Ma- rí- a pú- e-rum Je-sum




pre-sentá-vit in templo et Sý-me-on replé-tus Spí- ri-tu



Sancto accé- pit e- um in ulnas su-as et be-ne- díx-it

In purificatione beate Marie.



De- um et dix-it. †Nunc.

*In introitu chori dicatur hoc R̃. [sequens, sine versu et cum versu pro dispositione precentoris].*<sup>1055</sup>


1519:142v; AS:395, 401; Ant-1519-S:43v, 47v; Brev-1531-S:24r.<sup>1056</sup>

7869.  
Resp.  
III.



[143r.]


I- dé-te \* mi-rá- cu-lum ma- tris Dó-mi- ni, con-



cé-pit vir- go vi-rí- lis igná- ra con- sórti- i. †Stans




one-rá- ta nó-bi- li óne-re Ma-rí- a : et ma-




trem se le- tam cog-nós- cit : que se nes- cit ux-

7869z.




ó- rem. R̃. Hec spe-ci- ó-sum forma pre Fí-li- is



hómi-num castis concé-pit vis-cé-ri-bus : et be-ne-dícta in

Sancte Agathe virginis.



†Stans.

℣. Suscépimus Deus misericórdiam tuam.

8214.

℟. In médio templi [tui].

[℣. Orémus.]

*Oratio.*

**E**Xáudi Dómine plebem tuam et quem intrínsecus ánnua tríbuis devotíone venerári : interveniénte beáta Dei genitríce sempérque vírgine

María intérius asséqui grátie tue luce concéde. Per eúndem Christum [Dóminum nostrum. Amen].

¶ *Sancte Agathe virginis.*

[143v.]

*Si dominica fuerit ad processionem* ℟. Regnum mundi. 399.


*In introitu chori de sancta Maria.* 50.

¶ *In annunciatione beate Marie.*

*In quacumque feria contigerit eat processio sicut in festis majoribus duplicibus cantando* ℟.

1519:143v; AS:419; Ant-1519-S:64v; Brev-1531-S:42v.<sup>1057</sup>


Resp.  
II.



6278.

In annunciatione beate Marie.

6278a.




tú- tum o- pé- ra- trix : opem fer mi- sé-ris. †Súb-  
 ve- ni dó- mi-na clamán- ti- bus ad te  
 jú-gi- ter. *T.P.* ‡Al-le- lú- ya. *℣.* Quo- ni-  
 am pecca- tó-rum mo-le pré-mi-mur : et non  
 est qui ád- ju- vet. †Súbve- ni. *℣.* Gló- ri- a  
 [144r.] Pa-tri et Fí- li- o : et Spi- rí-tu- i Sancto. †Súbve- ni.

[In introitu chori cantetur hec antiphona sequens :


1555:unpaged; AS:415; Ant-1519-S:61v; Brev-1531-S:40v.

3340. Ant.  
 IV.i.




**A** Ngrés- sus \* ánge-lus ad Ma- rí- am dix-it : A-ve

Sancti Georgii martyris.



Ma- rí- a grá- ti- a ple- na Dó- mi- nus te- cum.

*Tempore paschali.*



te- cum al- le- lú- ya.

℣. Rorate celi desuper.

8188.

℟. Et nubes pluant justum : aperiatur terra, et germinet salvatorem.

[℣. Orémus.]

*Oratio.*

**D**eus, qui de beate Marie virginis útero Verbum tuum ángelo nuntiante carnem suscipere voluisti ; presta supplicibus tuis, ut qui vere

eam genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum.]<sup>1058</sup>

*In revertendo de omnibus sanctis ant.* Salvator mundi. 315. ℣. Letámini in Dómino. 316. *Oratio.* Infirmítatem nostram. 316.

*In tempore paschali* Christus resurgens. *cum suo* ℣. *a toto choro.* 201. ℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 209. *Oratio.* Deus qui per Unigénitum. 209.

## ¶ Sancti Georgii martyris.

*Si in dominica fuerit ad processionem responsorium.* Filie Hierúsalem. 392.

*In introitu chori de sancta Maria.* 291. *Quare predictum* ℟. *in communi unius martyris tempore paschali.*

## ¶ *Sancti Marci evangeliste.*

*Si dominica fuerit ad processionem responsorium. Cándidi facti sunt. require in communi unius apostoli paschali tempore. In introitu chori de sancta Maria. Et tunc nihil fiat de jejunio nec de processione que solet fieri ipso die propter dominicam illo anno. Si hoc festum in aliqua feria post octavas pasche contigerit tunc fiat processio post magnam missam de sancto Marco. Hoc modo ordinetur processio ad gradum chori sicut in simplicibus dominicis dum hora ix. canitur : qua cantata incipiat cantor antiphonam Exúrge Dómine. 228. et cantetur a toto choro loco nec habitu mutato, in stallis antequam exeat processio. Deinde sequantur omnes antiphone per ordinem sicut in feria secunda rogationum et exeat processio eodem modo et ordine quo in [predicta]<sup>1059</sup> secunda feria rogationum sed absque leone et drachone ad aliquam ecclesiam in urbe vel in suburbio, et dicatur missa dominicalis vel missa de pace Missale:[258]. vel Salus pópuli. Missale:[194]. pro dispositione cantoris vel pro quacunq[ue] necessitate cum memoria de festo loci et de omnibus sanctis et cum uno Allelúya. tantum.*

*Cantata missa tres clerici de superiori gradu habitu non mutato dicant hanc letaniam Kyrie[léyson] qui precíoso. 256. in redeundo ad ecclesiam propriam et finiatur ad gradum chori deinde dicat sacerdos V̄. Vox leticie et exultationis.<sup>1060</sup> 266. Oratio. Presta quésumus omnipotens Deus ut in.<sup>1061</sup> 266.*

## ¶ *Sancti Vitalis martyris.*

*Si dominica fuerit ad processionem resp. Fílie Hierúsalem. [in communi unius martyris tempore paschali.]<sup>1062</sup> 392.*

*In introitu chori de sancta Maria. 291.*

## ¶ *Apostolorum Philippi et Jacobi.*

*Si dominica fuerit ad processionem Cándidi facti. [quere in communi unius apostoli tempore paschali.]<sup>1063</sup> 391.*

*In introitu chori de sancta Maria. 291.*


**¶** *In inventione sancte crucis.*

[144v.]

*Ad j. vespas post memorias eat processio ordinata cum ceroferariis et thuribulario ante crucem per medium chori sine cruce cantando antiphonam sequens rectoribus incipientibus.*

1519:144v; AS:424; Ant-1519-S:70v; Brev-1531-S:47v.<sup>1064</sup>

Ant.  
III.i.



4018.

crux \* glo-ri-ó- sa, O crux a-do-ránda,  
 O lignum pre-ci-ó- sum Et admi-rá- bi- le  
 sig-num, Per quod et dy-á- bo- lus  
 est vic-tus : Et mundus Chris- ti sán- gui- ne re-démp-  
 tus, al-le- lú- ya.

*Et finiatur cum Allelúya. quacumque dicatur cum Allelúya.*

*Dum antiphona canitur thurificet sacerdos crucem : et postea dicat V̄. Dícite in nationibus. 220. Oratio. Deus qui pro nobis Fílium tuum. ut supra in die pasche ad vespas. 220.*

*In introitu chori de sancta Maria. V̄. Sancta Dei génitrix. 220. Oratio. Grátiam tuam. [ut supra in die pasche ad vespas.]<sup>1065</sup> 220.*

*Si hoc festum post diem ascensionis Domini celebretur tunc oratio Concéde quésumus*

[145r.] miséricors Deus. loco Grátiam tuam. dicitur. 220.

*Si hoc festum in sabbato contigerit nulla fiat processio<sup>1066</sup> nec ulla memoria nisi de sequente dominica tantum.*

*Si vero in die ascensionis evenerit differatur in crastinum [et]<sup>1067</sup> ad secundas vespas de ascensione fiat sollemnis memoria de cruce procedendo ante crucem [cum cruce]<sup>1068</sup> cum hac antiphona : O crux gloriósa. 341. et non dicatur O crux benedicta. propter nimiam suam brevitatem.*

℣. Hoc signum crucis erit in celo.

[Resp. Cum Dóminus.]<sup>1069</sup> 308.

[℣. Orémus.]

*Oratio.*

**D**eus qui in preclára salutífere crucis inventioné passiónis tue miracula suscitásti : concéde ut vitális

ligni précio etérne vite suffrágia consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*In introitu chori de sancta Maria. 291.*

¶ *In die ejusdem si dominica fuerit ad processionem dicitur hoc responsorium.*


1519:145r; AS:425; ant-1519-S:71v; Brev-153-S:48r.<sup>1070</sup>

7266.

Resp.  
VIII.



cru x \* glo-ri-ó- sa, o crux a- do-rán- da,




o lignum pre-ci-ó-sum et admi-rá-bi-le sig- num.




†Per quod et dy- á-bo-lus est vic- tus : et mun-dus



Sancti Johannis ante portam Latinam.




Chris- ti sán-gui-ne re- démp-tus al-le- lú- ya.



7266a.

℞. Mi-chi autem absit glo-ri- á- ri ni-si in cru-ce

[145v.]



Dómi-ni nostri Je-su Chris- ti. †Per quod.

*In introitu chori de sancta Maria. 291.*

¶ *Sancti Johannis ante portam Latinam.*

*Si dominica fuerit ad processionem ℞. Cándidi facti sunt. 391.*

*In introitu chori de sancta Maria. 291.*

¶ [*In die*]<sup>1071</sup> *sancti Dunstani  
episcopi et confessoris.*

*Si dominica fuerit ad processionem ℞. Fílie Hierúsalem. 392.*


*In introitu chori de sancta Maria. 291. vel 309.*


## ¶ *In vigilia sancti Johannis baptiste.*


*Post vesperas fiat processio ad altare sancti Johannis cum ceroferariis, thuribulario et puero librum deferente ante sacerdotem sine cruce cantando sequentem R̄. rectore incipiente.*

1519:145v; AS:431; Ant-1520-S:5r; Brev-1531-S:58v.<sup>1072</sup>

Resp.  
I.


7791. 

 U pu-er \* prophé-ta al- tís-si-mi vo-cá-be-  
ris, pre-í- bis e-nim ante fá-ci- em Dó- mi- ni.

7791a. 

†Pa- rá-re vi- as e- jus. ⁊. Ad dandam  
sci- énti- am sa- lú- tis ple- bi e- jus : in remissi- ónem  
pecca- tó- rum e- ó- rum. †Pa- rá-re. ⁊. Gló-ri-  
[146r.] a Pa- tri et Fí- li- o : et Spi- rí- tu- i Sanc- to.

In die sancti Johannis baptiste.



†Pa- rá-re.

[Sine Glória Patri.]<sup>1073</sup>

*Dum versus canitur thurificet sacerdos altare, deinde imaginem sancti Johannis : et postea dicat V̇. Glória et honóre coronásti eum Dómine. 363.*

*Oratio.*

**S**ancti Johánis baptiste mártiris  
tui Dómine quésumus vene-  
ránda festívitás salutáris auxilií nobis

prestat effectum. Per Christum  
Dóminum nostrum. Amen.

*In redeundo de sancta Maria. 309.*

[*In die sancti Johannis baptiste.*]<sup>1074</sup>


*In die ejusdem si dominica fuerit [dicitur hoc responsorium].<sup>1075</sup>*

1519:146r; AS:434; Ant-1520-S:7r; Brev-1531-S:59v.<sup>1076</sup>

Resp.  
I.



N-ter na-tos \* mu-lí-e- rum non surréc-it




6979.

ma- jor Jo-hán- ne bap- tís- ta. †Qui vi- am Dó-




6979a.

mi- no pre-pa-rá- vit in he-ré- mo. V̇. Fu- it



homo mis-sus a De- o : cu- i nomen Jo- hánnes e- rat.



†Qui vi- am.

[146v.] [V.] Glória Patri. 424. †Qui viam.

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ *In festo sanctorum Johannis et Pauli.*

[*Si dominica fuerit.*]<sup>1077</sup>

*Ad primas vesperas in sabbato fiat processio ante crucem, nisi aliqua dominica omnino oporteat differri : tunc memoria de dominica et de Trinitate non fiat, nec processio [In die eorum ante missam si dominica fuerit ad processionem] R̄. In circúitu tuo. quere in communi plurimorum martyrum. 396.*

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ *In die apostolorum Petri et Pauli.*


*Si dominica fuerit ad processionem ante missam dicatur istud R̄. [sequens hoc modo.]*<sup>1078</sup>

1519:146v; AS:446; Ant-1520-S:16v; Brev-1531-S:64r.<sup>1079</sup>


7503. Resp. I.

Uodcúmque \* li-gá-ve-ris su-per terram : e-rit  
li-gá-tum et in ce-lis. †Et quod cunque sólve-ris

In die apostolorum Petri et Pauli.




su-per ter- ram. ‡E-rit so-lú- tum et in ce-




7503za.

lis. ∞. Tu es (inquit Petrus) Christus Fí-li- us




De- i vi- vi : respóndens Dó-mi- nus a- it, et e-go



di- co ti- bi qui- a tu es Petrus, et su- per hanc pe- tram


[147r.]



e-di-fi- cá- bo ecclé- si- am me- am. †Et quod.



∞. Gló-ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et Spi- rí- tu- i



Sanc- to. ‡E-rit so-lú- tum.


*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## Commemoratio sancti Pauli apostoli.

*Si dominica fuerit ad processionem dicatur hoc responsorium.*

1519:147r; AS:393; Ant-1519-S:40v; Ant-1520-S:21r; Brev-1531-S:65v.<sup>1080</sup>

7582. Resp. I.



Ancte Paule \* a-pós- to-le pre-di-cá- tor  
ve-ri-tá-tis et doctor génti- um. †Intercé- de  
pro no-bis ad De-um. ‡Qui te  
e-lé- git. ⁊. Ut digni ef-fi-ci- á-mur grá- ti- a  
De- i. †Intercé- de.  
⁊. Glória Patri. 420. ‡Qui te [elégit].<sup>1081</sup>

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## **¶** *In festo vilitationis Marie.*

*Ad processionem.*

1519:147v.<sup>1082</sup>

Prosa.  
III.



Al-ve festa di-es to-to ve-ne-rá-bi-lis e-vo : [147v.]

1. Qua Chris-ti ma-ter ví-si-tat E-lí-za-beth. *℣.* Si-dé-re-um


vir-go postquam pa-ri-tú-ra pa-réntem : Sumpse-rat in

2. grémi-um ventre tuménte De-um. *℣.* Mox montá-na domum

Zácha-re pe-tit al-ta Ma-rí-a : Cogná-tam que-rit atque

3. sa-lú-tat e-am. *℣.* Vírgi-nis ad sa-cra cum vox pe-netrá-ve-

rat o-ra : E-lí-za-beth pu-er in ventre jo-cándo sa-lit.




4. *℥*. Res síqui-dem mi-ra quis tá-li-a cé-pe-rat al-ta : Ut



5. Dómi-nus servum ví-si-tet ipse su-um. *℥*. Fí-li-us et




[148r.] ma-ter sacrá-to neumá-te ple-ni : Fe-ta Je-su verba



6. cum pri-us e-dí-de-rit. *℥*. Exclámans magna vo-ce inquit



ca-na se-néc-tus : In mu-li-é-ri-bus es tu be-ne-dícta



7. ma-gis. *℥*. Atque tu-i ventris fructus laudé-tur in e-vum :




8. Qui michi cum na-to gáudi-a tanta de-dit. *℥*. Unde michi




vé-ni-at ut ma-ter et archa to-nán-tis : Id fí-e-ri mé-ri-tis







9. nam si-ne nosco me- is. *℣.* Verba sa-lu-tán-tis cum facta  
et in aure fu-ís-sent : Clausus et in al-vo plaudit et intus



10. o-vat. *℣.* Et be-ne-dícta qui-dem te quippe hec perfi-ci-  
éntur : A Dómi-no ti-bi que sunt modo dicta tu-o.



11. *℣.* Ce-lebs cista De- i cantans fert cármi-na cas-ta : Nam  
me-a nunc á-nima magní-fi-cat Dómi-num. *℣.* Vestris o



12. pré-ci-bus omnes fla-gi-tá-bimus u-na : Vestram con-tí-nu-am  
nunc ha-be- ámus opem.

[148v.]

*In redeundo de omnibus sanctis Salvator mundi. tantum. 315. V̇. Letámini in Dómino. 316. Oratio. Infirmítatem. 316.*

## ¶ *In octava apostolorum Petri et Pauli.*

*Si dominica fuerit ad processionem resp. Cives apostolorum. 393.*

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ *Translatio sancti Tbome martyris.*<sup>1083</sup>

*Si dominica fuerit ad processionem Ṙ. Jacet granum. require in festo ejusdem ebdomade natalis Domini 38. : et dicetur sine prosa.*

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ *In festo reliquiarum.*

*Ad processionem Ṙ. Concéde nobis. V̇. Adjúvent. require in festo omnium sanctorum. 381 . Finito responsorio cum suo V̇. et Glória Patri. si tantum restat iter fiat statio in ecclesia, ibique legantur nomina reliquiarum in lingua materna : et interim abluantur ibi reliquie, choro sequente. Quibus finitis processio more solito in chorum redeat cantore incipiente antiphonam Salvator mundi. 315. cum versu Letámini in Dómino. 316. Oratio. Infirmítatem nostram. 316.*


## ¶ *In festo sancte Margarete virginis et martyris.*

*Ad j. vespas fiat processio ad altare ejusdem cantando Ṙ. sequentem.*

1519:149r; AS:665; Ant-1519-C:43r; Brev-1531-P:81r.<sup>1084</sup>

6142. [149r.]

Resp.  
I.



Udi fí-li- a \* et vi- de et inclí- na aurem

In festo Margarete virginis et martyris.

tu- am et obli-vís-ce-re pópu-lum tu- um et do-  
 mum pa- tris tu- i. †Et concu-pís-cet rex spé-ci-em  
 tu- am. †Quó-ni- am ip- se est Dó- mi-  
 nus De- us tu- us. ✠. Indu- et te Dó-  
 mi-nus vestiméto sa-lú- tis : et induméto le-tí-ci- e  
 cir- cúnda-bit te. †Et ✠. Gló-ri- a Pa-tri et  
 Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc-to. ‡Quó-ni- am.

6142a.

✠. Ora pro nobis beáta Margaréta.

8164.

✠. Ut digni [efficiámur promissionibus Christi].<sup>1085</sup>

*Oratio.*

[149v.]

<p><b>E</b>Xáudi nos Deus salutaris noster          ut sicut de beáte Margaréte</p>	<p>virginis tue et mártiris festivitáte          gaudémus ita pie devotiónis</p>
---	--

erudiámur afféctu. Per christum | Dóminum. [Qui tecum.]<sup>1086</sup>

*In introitu chori de sancta Maria.*

*In die ejusdem [si dominica fuerit]<sup>1087</sup> ad processionem [ante missam dicitur]<sup>1088</sup> R̃.*

Regnum mundi. 399.

*In introitu chori de sancta Maria.* 309.

## ¶ *In festo sancte Marie Magdalene.*

*Ad j. vespas eat processio ad altare ejusdem cantando R̃. Regnum mundi. 399.*

800106. Ṽ. Dimissa sunt ei peccáta multa.  
[R̃. Quóniam diléxit multum.]<sup>1089</sup>

[Ṽ. Orémus.]

*Oratio.*

**S** Acratíssimam Dómine beáte  
Maríe Magdaléne qua celos  
súbiit sollennitátem recenséntes sup-  
pliciter rogámus cleméntiam tuam :

ut qui devotiónis ejus recólimus  
insígnia ipsíus mereámur compótes  
feri glórie. Per Christum.

*In redeundo de sancta Maria.* 309.

¶ *In die ejusdem si dominica fuerit, ad processionem ante missam [dicitur  
responsorium].<sup>1090</sup>*

1519:149v; AS:462; Ant-1520-S:46v; Brev-1531-S:89v.<sup>1091</sup>

7269. Resp. I.

fe-lix \* sacró- rum lá- chrymis

ri-gá-ti- o pe- dum per quam pro- mé- ru- it Ma-

The image shows a musical score for a responsory. It consists of two staves of music. The first staff begins with a treble clef and a common time signature. The melody is written in square neumes on a four-line staff. Below the first staff, the Latin text 'fe-lix \* sacró- rum lá- chrymis' is written. The second staff continues the melody. Below the second staff, the text 'ri-gá-ti- o pe- dum per quam pro- mé- ru- it Ma-' is written. To the left of the first staff, the number '7269.' is written. Above the first staff, the text 'Resp. I.' is written. To the left of the first staff, there is a decorative initial 'F' with a floral design.

In festo sancte Anne.

rí- a di- ci et es- se e- jus di-léc-

ta. †Ex quo pascúntur in é- the-re sanc- ti.

∞. An- gé- li-co pol-let de-có-re hec et hi

7269a.

[150r.]

per Chris- tum. †Ex quo. ∞. Gló- ri- a Pa- tri

et Fí- li- o : et Spi- rí- tu- i Sanc- to. †Ex quo.

¶ In introitu chori de sancta Maria. 309.

¶ In festo sancte Anne.


Si dominica fuerit ad processionem R̃.

1519:150r; Ant-1520-S:52v; Brev-1531-S:94v.<sup>1092</sup>


Resp.  
I.

**E**E-á-ta \* Vir- go vír- gi-num Ma- tris tu- e

In festo sancte Anne.




pré-ci-bus, Remis- si- ónem crími-num Pro-cú-ra



supplí- ci-bus. †Et fac post vi- te térmi-num Le- tos




[150v.] in ce- lés- ti-bus. ✠. Succúrre pe- nes



Dómi-num cunc- tis as- sis- ténti-bus. †Et fac. ✠. Gló-ri-



a Pa- tri et Fí- li- o : et Spi- rí- tu- i Sancto.



†Et fac.

*In redeundo de sancta Maria. 309.*

## Ad vincula Petri.

*Si fuerit dominica fuerit ad processionem.*

1519:150v; AS:464, 469; Ant-1520-S:57v; Brev-1531-S:97v.

Resp.  
VIII.




Ix- it \* ánge-lus ad Pe- trum, Circúnda ti- bi




600596.

ves- ti-méntum tu-um et sé-que-re me. †Et e-



gré-di- ens. ‡Seque-bá-



600596a.

tur e- um. ⁊. Tran-se- ún- tes au-tem primam et




se-cúndam cus-tó-di- am ve-né-runt ad portam fér-re- am




que du- cit ad ci-vi-tá-tem que ultro a- pér-ta est e- is. [151r.]

In festo transfigurationis Domini.



†Et. ⁊. Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et Spí-



rí- tu- i Sancto. ‡Sequebátur.

*In introitu chori dicatur aliqua antiphona de sancta Maria. 309.*

¶ *In festo transfigurationis Domini.*

*Ad processionem.*

1519:151r.<sup>1093</sup>

7859.


Resp.  
VIII.




I-dens Pe- trus \* Mó-y-sen et He-lý- am



in gló-ri- a et Je- sum in mé-di- o e-ó- rum




ut so-lem virtú- tem fulgén-tem a- it. †Dómi- ne bonum



est nos hic es- se. ‡Si vis fa-ci- á-mus hic tri-



In festo transfigurationis Domini.



a ta-berná-cu- la ti-bi u- num Mó-y-si u-num [151v.]  
et He- lý- e u- num. ✠ Petrus ve-ro et qui 7859a.  
cum il-lo e-rant valde le-ti-fí-ca-ti vi-dé-runt ma-jestá-  
tem Dómi-ni et e-os glo-ri-ó-sos hinc inde cum il- lo  
et a-it ad Je-sum Pe- trus. †Dómi- ne.  
✠ Gló-ri- a et qui Pa-tri et Fí-li- o et Spi-rí-  
tu- i Sanc- to. ‡Si vis.


*In redeundo [dicatur]<sup>1094</sup> de sancta Maria. 309.*

## **¶** *In festo nominis Jesu.*


*Ad processionem.*

1519:151v.<sup>1095</sup>

Prosa.  
III.




Al-ve festa di-es to-to ve-ne-rá-bi-lis e-vo :



Qua Je-sus hoc no-men flécte-re cuncta fa-cit.

[*Chorus idem repetat post unumquemque versum. Clerici versus.*]<sup>1096</sup>




[152r.] 1. *∞*. Cé-li-ca namque pa-vent terréstri- a quoque ve-ré-tur :



2. Et ba-rá-tri prope consíste-re tetra ve-tat. *∞*. Nomen




sublí-mis vir-tú-tis nomen honó-ris : Omni-a transcéndit




3. nómi-na summa vi-rum. *∞*. Atque re-os ser-vat te-git hos


In festo nominis Jesu.




insúl-ti-bus as-tat : Hos-tes impé-di-at dí-rimit atque




4. fu-git. ⁊. Nomen e-nim mi-te por-tans pre-córdi-a vi-te :



5. Nil sa-num gra-tum intu-e-á-tur e-o. ⁊. Salvá-tor Je-sus




est pópu-lum reddéndo sa-lú-ti : Et pro gre-ge su-o



6. pértu-lit ipse ne-cem. ⁊. Inscríptum lé-gi-to cu-júsdam



corde sacrá-ti : Tantus e- i fervor nómi-nis hu-jus e-rat.



7. ⁊. Hoc nomen mes-tis le-tí-fi-cat trís-ti-bus amplum :

[152v.]

8. Pre-sí-di- um confert bel-la ne-cat trú-ci- a. *℣.* O Je-su o  
pulcher summe bonus ipse va-ló-re : quam pi- us et le- nis  
9. dúlci- a dando fo-ves. *℣.* Ergo ve- lit sci- re si quis cur hoc  
modo tante : Laudis e- rit dictus nam De- us est et homo.  
10. *℣.* O tu qui De- us es excél- lens nómi- ne cel- sis : Gra- tum  
11. redde cho- rum nunc famu- lá- re ti- bi. *℣.* Ut post de- cés- sum  
va- le- ámus córpo- re te- cum : Conregná- re Je- us tu pi- us  
esto Je- su.


In redeundo de sancta Maria. 309.

## ¶ In festo sancti Laurentii.

Ad primas vesperas eat processio ad altare ejusdem cantando.

1519:153r; AS:485; Ant-1520-S:85v; Brev-1531-S:110v.

Resp.  
II.



E-ru-it \* esse hósti- a Chris- ti le-ví- ta [153r.]

Lau- rénti- us qui dum as- sa-ré- tur non ne-gá-  
vit Dó- mi- num. †Et í-de-o invén-tus est

sacri-fí- ci- um lau- dis. ✠. In cra-tí- cu-la pó-si-tus

De-um non ne-gá- vit: ad ignem appli-cá-tus Chris-  
tum confés- sus est. †Et í-de-o.

[✠.] Glória Patri. 42o. †Et ideo.

✠. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

8081.

✠. Et constituísti [eum super ópera mánuum tuárum].<sup>1097</sup>

[✠. Orémus.]

*Oratio.*

**D**A nobis quésumus omnipotens  
Deus : viciórum nostrórum  
flammas extíngue, qui beáto Lau-

réntio tribuísti tormentórum suórum  
incéndia superáre. Per Christum  
Dóminum nostrum. [R̄.] Amen.

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

*In die ejusdem si dominica fuerit ad processionem R̄. Méruit esse. ut supra ad  
vesperas.*

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ [In die]<sup>1098</sup> sancti Ypolyti cum sociis suis martyribus.

[153v.] *Si hoc festum in dominica contigerit totum servitium fiat de festo et memoria de  
dominica ei de Trinitate et processio ante crucem ad j. vespas.*

*In die eorundem si dominica fuerit ad processionem. In circúitu tuo. quere in  
communi plurimorum martyrum. 396.*

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ In assumptione beate Marie.


*Quacunque die contigerit ad processionem.*

1519:153v; AS:498, 572; Ant-1519:100v; Ant-1520-S:94v; Brev-1531-S:117v.<sup>1099</sup>


6725. Resp. I.

E-lix namque es \* sacra virgo Ma- rí- a,  
et omni lau-de dignís- si- ma, †Qui- a ex

In assumptione beate Marie.




te ortus est sol justí- ci- e Christus De- us



6725a.


nos- ter. *℣.* O-ra pro pópu-lo intervé-ni pro cle- ro,



intercé-de pro de-vó-to femí-ne-o sex- u : sénti- ant omnes



tu-um le-vámen qui-cúnque cé-lebrant tu-am as- sumpti-



ó- nem. †Qui- a.

[*℣.*] Glória Patri. 424. †Quia ext te.

[*Sequitur*]<sup>1100</sup> *aliud responsorium.*

1519:154r; AS:496; Ant-1520-S:93v; Brev-1531:117r.<sup>1101</sup>




Resp.  
III.

7726.



U-per sa- lú- tem \* et omnem pulchri-tú-di-

[154r.]



nem di-lécta es a Dó- mi- no, et re-gí-na ce-

In assumptione beate Marie.


7726d.



ló-rum vo-cá-ri digna es. †Gaudent cho-ri ange-



ló-rum. ‡Consór-tes et concí-ves nos-tri.



∞. Val- de te nos opórtet ve-ne-rá-ri que tam sanc-



ta et intác- ta es vir- go. †Gaudent.

[∞.] Glória Patri. 426. ‡Consórtes et concíves.

*In introitu chori dicatur ista antiphona.*

1519:154r; AS:492; Ant-1520-S:91r; Brev-1531-S:105v.<sup>1102</sup>

200374.

Ant.  
VI.




S-céndit Christus \* su-per ce-los : et pre-pa-rá-vit




[154v.] su-e castíssime ma-tri immorta-li-tá-tis lo- cum :



et hec est il-la preclá-ra festí-vi-tas ómni- um



In assumptione beate Marie.



sanctó-rum festi-vi-tá-ti-bus incompa-rá-bi-lis in qua  
glo-ri- ó-sa et fe-lix mi-rán-ti-bus ce-léstis cú-ri-e  
ordí-ni-bus ad ethé-re-um pervé-nit thá-lamum,  
quo pi-a su-i mémo-rum ímmemor nequá-  
quam ex-ístat.

℣. Exaltáta es sancta Dei génitrix.

8063.

℟. Super choro angelórum ad celéstia regna.

[℣. Orémus.]

*Oratio.*

**V**eneránda nobis Dómine hujus  
diéi festívitás opem cónferat  
sempitérnám : in qua sancta Dei  
génitrix mortem súbiit temporálem,

nec tamen mortis néxibus déprimi  
pótuit que Fílium tuum Dóminum  
nostrum de se génuít incarnátum.  
Qui tecum [vívít].<sup>1103</sup>

*Si dies dominica infra octavos assumptionis contigerit processio fiat ante crucem nisi aliqua dominica omnino differatur propter prolixitatem temporis. Quando dicitur de omnibus sanctis in revertendo ad vespas semper dicitur ista antiphona. Salvátor mundi. 315. ℣. Letámini. 316. Oratio. Infirmítatem. 316.*

In assumptione beate Marie.

*Eodem die fiat processio ante missam.*

1519:155r; AS:500; Ant-1520-S:96r; Brev-1531-S:118r.<sup>1104</sup>

6262. Resp. I.



[155r.] An- di-da \* virgí-ni-tas pa- ra- dý- si

ca- ra co- ló- nis, or- tus con- clú- sus flo-  
rén- ti cés- pi- te ver- nans. †Cu- i mé- ri- to mun-  
dus cé- lebrat. ‡Pre- có- ni- a

6262a. to- tus. Ț. Que mé- ru- it Dó- mi- num pro- ge- ne- rá- re  
su- um. †Cu- i. Ț. Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o :  
et Spi- rí- tu- i Sanc- to. ‡Pre- có- ni- a.

*In introitu chori de omnibus sanctis antiphona. Te gloriósus. 319. quando vero antiphona Salvátor mundi. dicitur ad vespas tunc in crastino ante missam in introitu chori dicitur antiphona Te gloriósus. quando de omnibus sanctis dicitur in revertendo et semper cum hoc V̇. Letámini. 316. et cum oratione Infirmítatem. 316. [155v.]*

¶ *In octava assumptionis si dominica fuerit ad processionem omnia fiant sicut in dominica infra octavas ejusdem [ut]<sup>1105</sup> supra notatum est. 367.*

## ¶ *In decollatione sancti Johannis baptiste.*

*Si in dominica fuerit ad processionem Ṙ. Perceptúrus. quere in communi unius martyris. 390.*

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

## ¶ *In die nativitatis beate Marie.*

*Quacunque die contigerit [ad processionem].<sup>1106</sup>*

*1519:155v; AS:524; Ant-1520-S:109v; Brev-1531-S:132r.<sup>1107</sup>*

Resp.  
I.



7677.



O- lem \* jus-tí- ci-e Re-gem pa-ri-tú- ra




supré- mum. †Stel-la Ma-rí- a ma- ris. ‡Hó-di- e




7677a.

pro-cés- sit ad or- tum. V̇. Cér-


In die nativitatis beate Marie.



ne-re di-vi-num lu-men gaudé- te fi-dé- les.



†Stel-la.      ✂. Gló-ri- a Pa-tri et Fí- li- o : et





Spi-rí- tu- i Sanc-to. ‡Hó-di- e.


[Sequitur]<sup>1108</sup> aliud [resp.]<sup>1109</sup>

1519:155v; AS:523; Ant-1520-S:108v; Brev-1531-S:131v.<sup>1110</sup>

6024. Resp. III.





[156r.] D nu- tum \* Dó- mi-ni nos-trum di-tán- tis




honó- rem. †Si- cut spi- na ro- sam gé- nu- it Ju-

6024a. dé- a Ma- rí- am. ✂. Ut ví- ci- um




vir- tus ope- rí- ret : grá- ti- a cul- pam. †Si- cut.

In die nativitatis beate Marie.




∞. Gló- ri- a Pa- tri et Fi- lí- o : et Spi- rí- tu- i  
Sanc- to. †Si- cut.

*In introitu chori [cantetur hec sequens antiphona].*<sup>1111</sup>

1519:156r; AS:519; Ant-1520-S:106r; Brev-1531:130r.<sup>1112</sup>

Ant.  
Ii.



A- tí- vi- tas tu- a \* De- i gé- ni- trix virgo gáudi- um  
annunci- á- vit u- ni- vé- rso mundo : ex te e- nim ortus est  
sol justí- ci- e Christus De- us noster, qui solvens ma- le- dic-  
ti- ó- nem de- dit be- ne- dic- ti- ó- nem, et confúndens mor- tem  
do- ná- vit no- bis vi- tam sempi- té- rnam.

3852.

[156v.]

∞. Sancta Dei génitix virgo semper María. 300.

*Oratio.*

**S**upplicatióem servórum tuó-  
rum Deus miserátor exáudi : ut  
qui in nativité Dei genitrícis Marie

congregámur, ejus intercessiÓibus a  
te de instántibus perículis eruámur.  
Per eúndem Christum.

¶ *Si dies dominica infra octavas ante festum exaltationis sancte crucis contigerit : fiat processio ante crucem. In introitu chori de omnibus sanctis ut supra in alio festo.*

¶ *Dominica infra octavas beate nativitatis Marie cum extra festum exaltationis sancte crucis evenerit. Ad processionem ante missam R̄. Ad nutum. 366. In introitu chori de omnibus sanctis ut in octava beate Marie.*

## ¶ *In exaltatione sancte crucis.*


*Ad primas vesperas eat processio ante crucem cantando antiphonam. O crux gloriósa. ut supra in alio festo. 341. V̄. Dícite in natiÓibus. 220. Oratio. Deus qui Unigéniti. ut supra in historie Deus ómnium. ad primas vesperas. 291.*

*In introitu chori dicatur ista antiphona Beáta Dei génitrix. 291. V̄. Elégit eam. Brev:36. Oratio. SupplicatiÓem servórum. ut supra in nativitate beate Marie. 372.*

*In die ante missam si dominica fuerit ad processionem.*

1519:156v; AS:427; Ant-1520-S:118r; Brev-1531-S:139r.<sup>1113</sup>

7378. Resp. I.




Er tu- am \* cru- cem salva nos

[157r.] Chris- te Re-démp-tor : qui mortem nostram mo-ri-



én- do destrux-ís- ti. †Et vi- tam

In festo sancti Matthei apostoli et evangeliste.



7378a.

re-surgén- do re-pa- rás- ti. ✠. Mi- se-ré-  
re no-bis Je- su be-níg-ne : qui pas- sus es clemén-  
ter pro no- bis. †Et. ✠. Gló- ri- a Pa-tri et  
Fí-li- o : et Spi- rí- tu- i Sanc- to. †Et.


¶ *In introitu chori de sancta Maria. 309.*

*In octava beate Marie si dominica fuerit ad processionem omnia fiant sicut in dominica infra octavas. 372.*

¶ *In festo sancti Matthei  
apostoli et evangeliste.*

*Si dominica fuerit ad processionem [cantetur hoc responsorium sequens].<sup>1114</sup>  
1519:157r; AS:549; Ant-1520-S:125r; Brev-1531-S:143v.<sup>1115</sup>*

Resp.  
I.



6353.

Um ambu-lá- rent \* a- nimá- li- a ambu-

In festo sancti Michaelis archangeli.


[157v.] lá- bant et ro- te jux- ta e- a. †Quo-  
 cúmque i- bat spí- ri- tus. ‡Il- luc pá- ri- ter et ro- te  
 6353a. e- le- va- bán- tur se- qué- tes e- um. ✠. Cum e- le-  
 va- réntur a- nimá- li- a de ter- ra: e- le- va- bántur et  
 ro- te jux- ta e- a. †Quo- cúmque.  
 [✠.] Glória Patri. 424. ‡Illuc.

*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

**¶** *In festo sancti Michaelis archangeli.*


*Ad primas vesperas fiat processio ad altare [ejusdem]<sup>1116</sup> cantando responsorium.*

1519:157v; AS:555; Ant-1520-S:129v; Brev-1531-S:147v.<sup>1117</sup>

6733. Resp. I.  I- dé- lis ser- mo \* et omni accepti- óne



In festo sancti Michaelis archangeli.



dig- nus Mí-cha-el archánge- lus qui pugna- vit cum  
di- á- bo- lo. †Grá- ti- a De- i il-le victor in ce-lis [158r.]  
éx- ti- tit. ‡Et il-le hos- tis antí- quus passus est  
6733a.  
ru- í- nam mag- nam. ✠. Gaudent ánge- li et ex-úl-  
tant archánge- li et col- láudant Christum re- gem virtú-  
tes ce- ló- rum : qui- a qui se- du- cé- bat omnes gentes,  
percéptus est a Micha- é- le archánge- lo. †Grá- ti- a.  
*Non dicatur* [✠.] Glória Patri.

✠. Stetit ángelus [juxta aram templi.

✠. Habens thuríbulum áureum in manu sua].<sup>1118</sup>

In festo sancti Michaelis archangeli.

Oratio.

**B**Eati archángeli tui Michaélis<sup>1119</sup>  
interventióne suffúlti te Dómine  
súpplīces deprecámur : ut quos


honóre proséquimur, contingámus et  
mente. Per Christum.

*In redeundo de sancta Maria.* 309.

*In die ante missam si dominica fuerit ad processionem [dicitur hoc].*<sup>1120</sup>

1519:158r; AS:556; Ant-1520-S:130v; Brev-1531-S:146r.<sup>1121</sup>

Resp. I.

7757. 

[158v.] **E** sanctum Dó-mi-num \* in excél-sis laudant


om- nes án- ge- li di-cén- tes. †Te de- cet.

7757a. ‡Laus et ho- nor Dómi- ne. ✎ Ché-ru-bin

quoque ac sé- raphin sanc-tus proclá-mant : et omnis

cé- li- tus or- do di-cens. †Te de- cet. ✎ Gló-ri-

In die sancti Dionysii sociorumque ejus.



a Pa-tri et Fí- li- o : et Spi-rí- tu- i Sancto.

‡Laus.


*In introitu chori de sancta Maria. 309.*

II [In die]<sup>1122</sup> sancti Dionysii  
sociorumque ejus.


*Si dominica fuerit ad processionem responsorium.*

1519:158v; AS:564; Ant-1520-S:139r; Brev-1531:152v.<sup>1123</sup>


Resp.  
I.




6202.




E-á-tus \* Di- oný- si- us Rústi- cus et



E- leuthé-ri- us in hac er-go fí- de- i con- [159r.]




stánti- a perma-nén- tes. †Reddén- tes terre cór-



po- ra. ‡Be- á- tas á- ni- mas ce- lo cum gáu- di-

In translatione sancti Edwardi regis et confessoris.

6202b.



o in-tu-lé- runt.  $\text{V}$ . Be-a-tó-rum á-nime sanctó-  
rum Di-oný-si-i Rústi-ci et E-leuthé-ri-i, re-líc-tis  
gle-bis se-cú-ti sunt salva-tó-rem. †Reddén-tes.  
[ $\text{V}$ .] Glória Patri. 420. ‡Beátas.

*In introitu chori de sancta Maria.* 309.


**¶** *In translatione sancti Edwardi  
regis et confessoris.*


*Eat processio ad primas vespas ad altare ejusdem cantando responsorium.*

1519:159r; AS:653; Ant-1519-C:29v; Brev-1531-P:76v.<sup>1124</sup>

7580.

Resp.  
II.



 Anc-te \* Edvvar- de Chris- ti confés- sor  
au- di ro-gántes sér- vu-los. †Et impe-trá- tam  
7580a. cé- li- tus. ‡Tu de- fer indul-gén- ti- am.  $\text{V}$ . O

In translatione sancti Edwardi regis et confessoris.

sancte Edvvar-de si-dus áure- um, Dó-mi-ni grá-ti- a  
servó- rum gé-mi- tus só-li- ta sú- ci-pe clemén- ti- a.  
†Et impe-trá- tam. ✠. Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o :  
et Spi- rí- tu- i Sancto. ‡Tu de- fer.

¶ *Dum versus canitur thurificet sacerdos altare, deinde imaginem sancti Edvvardi regis :  
deinde [dicat]*<sup>1125</sup>

8164.

✠. Ora pro nobis beáte Edvvarde.

✠. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

[✠. Orémus.]

*Oratio.*

**D**eus qui unigénitum tuum  
Dóminum nostrum Jesum  
Christum gloriosíssimo regi Edvvardo  
in forma visíbili demonstrásti : tríbue

quésumus ut ejus méritis et précibus  
ad etérnam ipsíus Dómini nostri Jesu  
Christi visiónem pertíngere mere-  
ámur. Qui tecum vivit et regnat.



*In redeundo [de] sancta Maria. 309.*

## Sancti Michaelis in monte Tumba.


*Si dominica fuerit ad processionem responsorium.*

1519:159v; AS:567; Ant-1520-S:131r; Brev-1531-S:148r.<sup>1126</sup>

6118. Resp. VIII.



Rchange-li \* Micha-é-lis interven-ti-




ó- ne suf-fúl- ti : te Dó-mi-ne depre-cá- mur.




†Ut quos honó- re pro-séqui- mur. ‡Contingá- mus et


6118a.




men- te. ⁊. Perpé-tu- um no-bis Dómi-ne tu- e



mi-se-ra-ti-ó-nis pres-ta subsí-di- um : qui-bus et an-



gé-li-ca presti-tís-ti suffrá-gi- a non de-és- se.



†Ut quos.

[⁊.] Glória Patri. 426. ‡Contingámus.

*In introitu chori de sancta Maria.* 309.

## ¶ *Sancti Luce evangeliste.*

*Si dominica fuerit ad processionem R̄. Cum ambularent animália. ut supra in festo sancti Matthei [apostoli].*<sup>1127</sup> 373.


## ¶ *In die omnium sanctorum.*

